



Staats- und  
Universitätsbibliothek  
Bremen

# **Staats- und Universitätsbibliothek Bremen**

**Digitale Sammlungen**

**Bibliotheca Historico-Philologico-Theologica Classis ...**

Fasc. 3

**Brauer, Hermann Brauer, Hermann**

**Bremen, 1723**

**urn:nbn:de:gbv:46:1-5818**

# BIBLIOTHECA

*Historico - Philologico-*

## THEOLOGICA.

*Classis Septimae*

### FASCICULUS TERTIUS.



*BREMÆ,*

---

Sumptibus JOHANNIS ANDREÆ GRIMMII

---

Typis HERMANNI BRAUERI, M D CC XXIII.

VIRO  
*longe celeberrimo*  
CHRISTO.  
PHORO AU.  
GUSTO  
HEUMANNO,

Gymnafii Göttingenfis In-  
fpector, & coeleftis  
difciplinæ  
PROFESSORI  
benemerentiffimo,

S. D.

EDITOR.

O. HEU.

O HEVMANNE, novem decus sororum,  
 Perinsigne trium decus sororum,  
 Sancti grande simul decus Sionis,  
 Et meum decus, & ruentis aevi!

Quoi nunc FASCICVLVM hunc, novum libellum,  
 Obsidem studii mei, dicabo?

HEVMANNE, o tibi; namque tu solebas  
 Meas esse aliquid putare Musas.

Doctis sedulus & laboriosis,

Comtis impiger, elegantibusque,

Arido quoque pumice expolitis

Omne aevum cupis explicare chartis.

Et sic me tibi demerere totum,

Quin totum tibi demereris orbem,

Et, quantum est hominum venustiorum,

Et, quantum est hominum eruditiorum.

Quare habe tibi quidquid hoc libelli est,

Fidi pignus amoris, atque cultus

Qualecunque mei, tamen quod olim

Plus uno maneat perenne saeclo!



Elenchus hujus Fasciculi.

- I. Bartholomaei de MOOR de genuino sensu quarti praecepti disquisitio p. 381.
- II. Jo. Georgii MICHAELIS in parabolam de Pharisaeo & Publicano Luc. XVIII. 9-14. Comment. Pars prima p. 422.
- III. J. C. HARENBERGII Observ. sacrarum TETPAC.
  - A. de וַיִּבְרָא ad Amos I: 1. sqq. Zach. XIV: 5. p. 468.
  - B. de MAGIS Judaeis ad Matth. II: 1. sqq. p. 470.
  - C. Ad locum Rom. V: 7. p. 473.
  - D. Inquisitio de antiquitate versionis N. T. Syriacae p. 480.
- IV. Theodori HASAEI de קַו קַו יִי, Gente Kāv, Kāv, ad Es. XVIII: 2, 7. diatribe p. 485.
- V. Gerhardi à MASTRICHT de JODVTHA comment. cum Notis l. d. H. p. 510.
- VI. Petri von SARN de Angelo Satanae colaphizante Paulum ad 2. Cor. VIII: 7, 8, 9. nova observatio p. 551.
- VII. Irenaei Bibliophili ad C. A. Heumannum epistola, in qua analecta ad ejus novam Elogiorum Sammarthani editione exhibentur p. 555.



א.ה.

I.

*BARTHOLOMAEI de MOOR,*

Ph. & Medic. Doct. & Prof.

P. in Academia

*Hardevicensa*

De genuino sensu *QVARTI PRAE-  
CEPTI Decalogi* Di-  
squisitio.

§. I.

**I**Nfeliciter admodum accidit, ut quartum  
præceptum plurimas controversias, pluri-  
ma pepererit dissidia, etiam inter Fratres.  
Notæ sunt dissertationes utrinque pu-  
blici juris factæ de *moralitate Sabbathi* a  
viris eximiis in Academiis patriæ. Ego  
Class. VII. Fasc. III, Bb hanc

hanc disquisitionem reliquis volui adjuñgere, ut veritatem illustrarem, & ad concordiam viam sternerem. Quod si hoc modo lites inter Theologos componi possint, erit quod mihi gratuler, quod si non fiat, spero tamen postmodum explicationem hujus præcepti futuram faciliorem.

§. 2. Nobis autem in id incumbendum est, ut deposita arrogantia & confidentia vitiosis, sobrie & modeste versemur in inquisitione genuini sensus *quarti Præcepti*. Ita apparebit illud esse satis clarum & perspicuum: adeo ut quis mirari possit, Viros doctos & pios in ejus explicatione hallucinatos esse. Verum ita sæpe se res habet: nimium altercando veritas amittitur. Ut autem mens mea tanto fiat evidentior, utile judicavi quasdam veritates manifestas præmittere.

§. 3. Harum prima est: *Decalogum solenni modo, Mose ad se advocato, Deum ipsum pronunsiasse. Exod. XIX, 10, 11. Deinde edixit Jehova Mofi: Ito ad populum & sanctificato eos hodie & cras: & lavanto vestimenta sua, ut sint parati ad diem tertium. Nam ipso die tertio descensurus est Jehova ante oculos totius populi super montem Sinai. Vid. quoque vs. 16, 17, 18, 19. Quo respexit Paulus Hebr. XII: 12, Nempe hæc Lex solenni modo, cum maxima majestate & adjunctis signis fuit promulgata. Huc respexit & Stephanus de Mose verba faciens Act. VII: 38, Hinc merito concludimus, alius pla-*

ne generis esse *hæc præcepta*, quam *Ceremonia-  
lia & Forensia*. Adeoque fallitur *Lud. Capellus*  
existimans, pompam illam *Montis Sinai &*  
*prærogativas non esse peculiare Decalogi.*  
*Vid. Disp. de Sabbath. p. 273.*

§. 4. *Secunda Veritas est: passim denotari  
hanc Legem per Decem Verba Ex. XXXIV: 28.  
Deut. IV: 13. unde concludimus, denarium  
bunc numerum accuratissime esse retinendum, neque  
posse aliquod Præceptum eximi tanquam ceremonia-  
le, quandoquidem omnia sunt unius ordinis: &  
unius Verbi separatio a reliquis, numerum il-  
lum lædit. Hoc est quod Pontificii vide-  
runt: adeoque cum statuissent Præceptum  
secundum ommittere, tanquam cultui imagi-  
num nimis directe contrarium, præceptum de-  
cimum in duo diviserunt.*

§. 5. *Tertio notandum est: Præcepta Deca-  
logi manifestissime distingui a Præceptis reliquis,  
quandoquidem illa sunt Præcepta per quæ ho-  
mo vivet: hæc autem statuta non bona & judi-  
cia in quibus non viverent. Ita expresse dicitur  
Ezech. XX: 11. Dedi ipsis statuta mea, & judicia  
mea feci ipsos cognoscere, quæ qui facit homo, &  
vivit in ipsis. Stephanus ea dixit viva eloquia.  
Act. VII. est enim תורה Demonstratio viæ,  
quam qui calcatur, is aspicit salutem Dei. Ps. L: 23.  
De Præceptis autem ceremonialibus aliter  
pronunciat Jehovah Ps. 25. Atqui etiam dedi  
statuta non bona & judicia in quibus non viverent.  
Itaque ea præcepta, quæ Decalogo continen-*

tur non sunt censenda ceremonialia. Nec est quod quispiam mihi objiciat, ibi speciatim etiam fieri mentionem Sabbathorum; hujus enim ratio e sequentibus fiet manifesta.

§. 6. Quarto notandum, *Legem Naturæ eandem esse cum Lege scripta*: quam Jehova ipse duabus tabulis lapideis insculpsit adeoque dicuntur *Opus Dei*. Ex. XXXII: 16. Imo quum Moses eas confregisset, Jehova jussit, ut Moses dolaret alias tabulas prioribus similes, quas etiam secunda vice characteribus divinis exornatas e monte detulit. Exod. XXXIV. Itaque concludendum; Jehova *præcepta hæc in monte tabulis lapideis inscripsit*, ita etiam eadem *Adami cordi fuisse inscripta*. Ita emphatice *Coccejus de Fœdere II. §. 13. Sane Adamo Deus facienda non descripsit in libro. Erat enim descripta in tabulis cordis ipsius.* Jer. XVII: 1. quia *rebus Eccl. VII: 29. Et ad imaginem Dei (Gen. I: 26.) conditus erat: h. e. in sapientia Col. III: 10. & sanctitate veritatis Eph. IV: 24.* Adeoque etiam eximius hic Vir addit: *interim non alia continentur in tabulis Fœderis, Et libro Legis, quam que Naturæ Lex homini integro imperabat: adeoque animadvertit, præceptum de Sabbatho naturali equitate niti.*

§. 7. Si quis hæc attenta mente consideret, is pronus erit in eam sententiam, *Præceptum quartum esse morale, Et naturali equitate niti.* Solenni modo eodem tempore, cum reliquis præceptis e monte Sinai est pronunciatum.

Est

Est e numero Decem verborum. Pertinet ad præcepta, quæ qui facit in iis vivet. Institutum fuit non tantum ante idololatriam & præcepta ceremonialia; sed & ante promulgationem solennem ipsius Decalogi. Denique *Lex Naturæ* eadem est cum *Lege scripta*.

§. 8. Interim si consideremus: *omnes dies sibi mutuo esse æquales*: nullum sanctitate peculiari gaudere. Nullo modo videri e sanctitate divina derivandum esse quod unus hebdomadæ dies sit impendendus cultui divino: quodque is debeat esse ultimus hebdomadæ, & quidem omnimoda quiete sanctificandus, præcipue quum Apostolus emphatice moneat: *ne quis igitur vos damnet ob cibum vel potum, aut respectu festi, aut novilunii aut Sabbathorum, quæ sunt umbra rerum futurarum, ut corpus est Christi.* Col. II: 16. 17. atque iterum: *Dies observatis & menses, & tempora & annos. Metuo de vobis, ne frustra fatigatus sim apud vos.* Gal. IV: 10. 11. Si, inquam, hæc consideremus videtur potius ad *Leges ceremoniales* ablegandum esse *Sabbathum*.

§. 9. Confirmabitur hæc opinio, si prescius examinemus, an tabuliscordis Adami recti inscriptum fuerit, vel inscribi potuerit; Præceptum de Sabbatho? Salvo aliorum iudicio, mihi videtur hic negativa sententia defendenda: neque enim ipsi injungi potuit, ut uno hebdomadæ die quiesceret ab omni opere

tanquam impuro, quandoquidem ad imagi-  
 nem Dei erat conditus, & cœ Fœdere operum  
 mercedem sperare poterat. Nullo die mo-  
 lestis exercitiis fuisset occupatus: non habe-  
 bat necesse in sudore vultus panem suum co-  
 medere. Nihil erat quod de victu, vel ami-  
 ctu, vel ædibus esset sollicitus. *Paradisus* &  
 tellus omnia sponte suppeditabant. *Paradisus*  
 ipsius horreum, & penu erat omnibus rebus  
 necessariis abunde instructum. *Paradisus*  
 ejus tentorium imo magnificum *Palatium*, cujus  
 Architectus fuerat ipse Jehova. Pavimentum  
 virides herbæ, aulæa frutices & fruges: ta-  
 bulata arbores frugiferæ earumq; frondes, flo-  
 res, fructus: tectum ipsum Cœlum, futurum  
 ipsius æternum domicilium. Non erat quod  
 thesaurorum coacervandorum cura eum an-  
 geret, abunde liberis, non minus quam sibi,  
 prospexerat Deus. Non erant effodiendæ  
 opes irritamenta malorum: non conquiren-  
 dæ margaritæ aut gemmæ; non lanæ purpu-  
 reo colore imbuendæ ad ornatum. Præter  
 corporis concinnam proportionem, vultus  
 decoram majestatem, ipsa nuditas, a qua pu-  
 dor omnis aberat, & foedi corporis & mem-  
 brorum motus, ornamentum præbebat na-  
 turale & eximium. Quæ igitur fuisset ejus  
 occupatio quæ exercitia? Contemplatio ope-  
 rum divinorum, gaudium in statu felici,  
 amor summi Numinis, gratiarum actio, pre-  
 ces pro continuatione in statu illo felicissimo,  
 &

& peracto vitæ curriculo, assumptione in gloriosum Paradisum. Vixisset in continuo exercitio devotionis, sanctitatis, fidei, spei, amoris, adeoque dies specialis cultui divino consecrandus minime videtur fuisse necessarius. Multo minus præcise ultimus hebdomadæ dies, omnimoda quiete transigendus, tanquam emblemata *Messia*, peracta satisfactione pro peccato quieturi in sepulchro. Quæ ratione ergo Præceptum de *Sabbatho* potest censi fuisse insculptum tabulis cordis *Adami*?

§. 10. Ut igitur e difficultatibus hisce nos expediamus, oportet cogitare *Decalogum* esse perfectissimam Regulam vitæ ac morum, cui nihil adjungere est necesse, nec aliquid adimere fas: est *Perfecta* Ps. XIX. est *admodum lata* Ps. CXIX. adeoque *Poliander in Synopsi Professorum Leidenfium Disp. XVIII. §. 39.* pronunciat. *Tam perfecta est hæc Lex, ut nibilei in præceptis moralibus, aut a Christo aut ab Apostolis ipsius additum fuerit, quo ad exactiorem bonorum operum normam sub N. T. fit adducta.* Cum autem omnes virtutes in hoc compendio non sint expressæ, nec etiam vitia singula atro carbone notata: Theologi recte quasdam regulas solent observare ad intellectum Decalogi utiles. Quando nempe Virtus aliqua præcipitur, Vitiâ contraria & quæ eo ducunt, vetantur & contra. Præcepta particularia generaliter & in omni sua latitudine sunt explicanda, &c.

§. 11. Considerantes igitur quartum Præceptum, videmus hic occurrere *Sabbathum*, Judæis præscriptum tanquam *Sigillum Fœderis Gratia*, seu signum quod *Jehova* esset *Sanctificator eorum futurus per Satisfactionem Messia* suo tempore præstandam, & *Sanctificationem Spiritus Sancti*: quod jam vulgo *Sacramentum* dicimus; adeoque quod de uno *Sigillo* hic præcipitur, de omnibus generaliter est intelligendum, sive tum usitatis *Circumcisione & Pascha*; sive adhuc instituendis sub Novo Testamento *Baptismo & S. Coena*, uti è sequentibus clarissime apparebit.

§. 12. Potuisset *Jehova*, si ipsi ita fuisset visum, idem hoc Præceptum aliis verbis exprimere, ex gr. *Memento Paschatis, ut illud celebretis juxta normam a me præscriptam*, cum ego vos educerem ex *Aegypto*, & forsitan non fuissent tot controversiæ super hoc Præcepto motæ; verum placuit ipsi *Sabbathi* facere mentionem, & præcepto hoc speciali omnia alia *Sacramenta* intelligere. Theologi nostri ubi agunt de *Sacramentis V. T.* exprimunt *Circumcisionem & Pascha*, quandoquidem in eorum locum sub *N. T.* successit *Baptismus & S. Coena*: interim *Sabbathum* non est negligendum, ad ædificandam fidem imprimis appositum, & *Dei* benignitate institutum. Semel totovitæ tempore, semel singulis annis celebrabantur *Circumcisio & Pascha*: *Sabbathum* singulis hebdomadibus renovabat memoriam, & ipsos

iplos certiores reddebat communionis cum Messia, hoc ipso die sepeliendo, vel potius in sepulchro quieturo post absolutum opus Redemptionis. Ita etiam primis Ecclesiae Christianae temporibus, *quotidie perdurantes concorder in templo, ac frangentes domatim panem, capiebant cibum cum exultatione & simplicitate cordis.* Act. XI: 46.

§. 13. Hisce breviter praemissis, accedamus ad explicationem ipsius *Præcepti quarti*: quod omnino distinguendum in duo membra: quorum prius complectitur ipsum Præceptum: alterum ulteriorem illustrationem, quatenus populum Judaicum spectat. Hanc distinctionem esse veram & genuinam patet e Deut. V: 18. Quandoquidem post præceptum ipsum *Observa diem Sabbathi, ut sanctifices ipsum*, interjiciuntur hæc verba: *Quemadmodum tibi præcepit Jehova Deus tuus*: postmodum reliqua adjiciuntur. Prius membrum hisce verbis exprimitur: *Memento diei Sabbathi, ut eum sanctifices*: alterum *sex diebus operaberis & quæ sequuntur*. Per *Diem Sabbathi* intelligimus in specie ultimum hebdomadæ; Quippe in textu Hebraico non simpliciter dicitur שבת; sed cum præfixo emphatico יום השבת illud diem Sabbathi, nempe quem ego singulis hebdomadibus ultimum institui & a reliquis distincti, quod tum non inveniretur Manna. Non excludimus tamen reliqua Sabbatha, quem-

muntur, ex gr. *Ezech. XXIII, 38.* Interim non est existimandum hunc diem hic designari simpliciter, tanquam unum ex septem, cultui divino impendendum; sed tanquam *Sigillum Fœderis gratia*, vulgo *Sacramentum* dictum. Illud apparet, quandoquidem *Jehova ea Sabbatha sua dixit.* *Lev. XXVI, 2. Jes. LVI, 4. &c.* & emphatice *Neh. IX, 14. Notificasti ipsis sanctum tuum Sabbathum:* imo hoc ipso præcepto: at septimo die erit *Sabbatum Domini Dei tui.* Quare *Jehova* dicit *suum Sabbathum*, quum opera ipsius a jacto mundi fundamento jam essent absoluta? An *Jehova* eget ubique adhuc singulis hebdomadibus? An *Æternus Deus, Jehova, Creator finium terra fatigatur?* *Jes. XL. 28.* Quum igitur hoc statui non possit, dicendum est *Jehovam* ea dicere *sua Sabbatha*, quoniam ea dedit populo *Israëlitico* tanquam *sigilla Fœderis gratia*, quemadmodum etiam in *N. T.* sacra *Cœna* dicitur *Cœna Domini.* *1. Cor. XI, 20.* ideo etiam dicitur *sanctum Sabbathum* & quidem a Deo notificatum. Non quod unus hebdomadæ dies, præ alio sanctitate aliqua insignis sit; sed quod ad sacrum usum, a Domino sancto sit institutus, populo *fœderato*, tanquam *suo* celebrandus. *Jehova* non potest dici *Deus Israëlis*, nisi quatenus *Fœdus Gratia* cum populo suo erexit: quatenus ipsos sanctificat *Ezech. XX, 12, 20. sc.* justificando propter satisfactionem *Messiaë*, & sanctificando per Spiritum ipsius. Hunc in finem verbum  
fidi

fidei illis annunciatur: hunc in finem sigilla  
 Fœderis gratiæ sunt instituta: Sabbathum ergo  
 est *Jehova Dei ipsorum.*

§. 14. Confirmantur antecedentia, si at-  
 tenta mente alibi de Sabbatho pronunciata per-  
 pendamus & inter se conferamus. Quando  
 apud Mosen legimus causam & rationem, qua-  
 re Sabbathum observandum sit, ex eo deduci;  
 quod sit signum inter Jehovam & Populum Israeli-  
 ticum, ut cognoscerent Jehovam esse sanctificatorem  
 eorum, dubitabimus ne Sabbathum omnino in  
 quarto præcepto considerandum esse tan-  
 quam Sacramentum? Ita expresse dicitur Ex.  
 XXVI, 13, 14. Tu autem alloquere filios Israelis, di-  
 cendo: verumtamen Sabbatham meam servatote: nam  
 signum est inter me & vos, apud posteros vestros, ad  
 cognoscendum Jehovam esse, qui sanctificat vos.  
 Observatote ergo Sabbathum, quia res sancta est  
 vobis. Res sancta: quandoquidem hic dies  
 solus hebdomadis est separatus ad usum sacrum,  
 ut esset sigillum Fœderis Gratiae, & quidem ab ipso  
 Jehova. Illius est signa externa instituere, qui  
 rem significatam & signatam tribuere potest. Je-  
 hova apud Ezechielem ea, quæ hactenus dicta  
 sunt, egregie explicat v. 12. Atque etiam Sab-  
 batham meam dedi ipsis, ut essent in signum inter me &  
 ipsos, ad cognoscendum, vel potius, ut certo sci-  
 rent & experiundo discerent, quod ego Jehova  
 sanctificem illos. Verbum *קָדַשׁ* admodum  
 emphaticum est, & significat non tantum co-  
 gnoscere, sed experiri & intelligere. Respondet

τῷ γινῶναι quod occurrit Phil. III. 10. ubi vide  
 Coccejum: quia sigilla Fœderis Gratiae fidelibus  
 sunt tesseræ: quemadmodum Abrahamus teste  
 Apostolo. Rom. IV, 8. σημεῖον ἔλαβε ἑπιτομῆς  
 σφραγίδος τῆς δικαιοσύνης τῆς πίστεως: adeoque non  
 male vertit Piscator: ut scirent me Jehovaham san-  
 ctificare eos. Magnus Calvinus ad h. l. expresse  
 ait: jam sequitur, Sabbathum fuisse Sacramentum,  
 quia visibilis gratiae invisibilis figura, & v. 20 τὸ  
 ad cognoscendum vertit, ut cognoscatis, vel ut  
 sciatis: atque addit: Testatur hoc loco Deus, mo-  
 do rite Judei Sabbatha observent, sensuros effectum  
 ejus gratiae, quam voluit illic representari, diximus  
 enim Sabbathum fuisse Sacramentum regenerationis.  
 Jehova v. 19, 20. repetit institutionem Sabba-  
 thorum. Ego Jehova Deus vester, Sabbatha mea  
 sanctificatote, & erunt in signum inter me & vos, ut  
 sciatis, quod ego Jehovah Deus vester sim. Ratio  
 quare Sabbatha sint observanda, sententia est:  
 quia ego Jehovah sum Deus vester, qui Fœdus  
 gratiae vobiscum pepigi, atque in ejus confir-  
 mationem, nec non vestram consolationem  
 adjunxi sigilla emphatica Messiam, ejusque  
 mortem & satisfactionem vobis clarissime re-  
 præsentantia. Imo scopus itidem notatu di-  
 gnissimus: ut sciatis, h. e. usu horum Sacra-  
 mentorum certissimi reddamini me vos san-  
 ctificare merito & Spiritu Messiae, qui suo tem-  
 pore appariturus est, atque adumbratur per  
 quietem septimi diei. Justa est igitur repre-  
 hensio v. 24. Et Sabbatha mea profanarunt, & post-  
 ster-

stercora patrum suorum fuerunt oculi ipsorum. Non  
 occurrunt apud *Mosen* historię sæpius profana-  
 nati *Sabbathi*: nisi ejus, qui ligna collegerat:  
 quomodo igitur accusantur *Israelitæ* profana-  
 tionis *Sabbathorum*? Quandoquidem non in  
 fide *Messię* in mundum venturi, & justitiam  
 seculi adducturi, quieverunt ab operibus ex-  
 ternis.

§. 15. Sed ut magis appareat *Sabbatum*  
 considerandum esse tanquam sigillum *Fœderis*  
*gratię*, repetenda est descriptio *Sacramentorum*,  
 quę ita proponitur in *Catechesi Heidelbergensi*,  
 qu. LXVI. *Sacramenta sunt sacra in oculos incur-*  
*rentia signa & sigilla: ob eam causam a Deo insti-*  
*tuta, ut per ea promissionem Evangelii magis decla-*  
*ret & obsignet: quod scilicet non universis tantum,*  
*verum etiam singulis credentibus, propter unicum*  
*illud Christi sacrificium in cruce peractum, gratis do-*  
*net remissionem peccatorum & vitam eternam.*  
 Quamvis hæc definitio spectet *Sacramenta N.*  
*T.* facile tamen ea applicari potest quoque *Sa-*  
*cramentis V. T.* quatenus fideles *Israelitæ* ex-  
 spectabant *Messiam* venturum & excinden-  
 dum. *Dan. IX: 26.* Nempe occurrit in *Sacra-*  
*mentis signum visibile, invisibilis gratię: seu si-*  
*gnum externum, & res significata.*

§. 16. Examinemus jam quod sit *signum ex-*  
*ternum & quę res significata?* *Signum* est ulti-  
 mus hebdomadę dies, quo *Manna* (singulis  
 diebus reliquis mane instar pruinae in superfi-  
 cie deserti colligi solita, nulla conspiciebatur)  
 sex-

sexto die in duplo collecta, non corrumpetur, nec vermes producebat, quemadmodum reliquis hebdomadae diebus. Vid. Exod. XVI: 25, 26, 27. &c. *Res significata est Panis ille Dei, descensurus e caelo & daturus vitam mundo.* Joh. VI: 33. *Messias* sc. in mundum venturus, & toto ministerii sui tempore perambulaturus terram Canaan, & commoraturus inter suos, ut gloriam ejus possent spectare Joh. I: 14. quemadmodum etiam dixerat *Moses*, mane Israelitas visuros gloriam *Jehovae*, quum Deus ipsis daturus erat *Manna* Ex. XVI: 8. Idem ille *Messias*, postquam consummasset opus, quod dederat ipsi Pater ut faceret Joh. XVII: 4. αἰωνίαν δόξαν ἐν ἐμοί. Hebr. IX: 12. *Sabbatho* non amplius conspectus est inter Israelitas; sed quievit in sepulchro, excitandus in gloriam Patris: Rom. VI: 4. Quemadmodum enim *Manna* in duplo collecta die sexto, non producebat vermes: ita etiam sanctus ille Dei, non erat visurus corruptionem. Ps. XVI. *Mors* igitur *Messiae*, absoluto opere Redemptionis ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τῶν, ejusque quies in sepulchro est res significata. Oportet autem Fideles & Passionis, & Mortis & Sepulturae esse participes. Argumentationes Apostoli Pauli & modi loquendi sunt notatu digni. Rom. VIII: 18. εἴπερ συμπάσχομεν ἵνα καὶ συνδοξαθῶμεν. & V, 8: Ἐι δὲ ἀπεθάνομεν συν Χριστῷ, πνευνομεν ἔπ καὶ συζήσομεν αὐτῷ. Col. II, 12. Συνταφέντες αὐτῷ ἐν τῷ βαπτίσματι, ἐν ᾧ καὶ συνηγάθητε ἀπὸ τῆς

τῆ πίστεως τῆ ἐνεργείας τῆ θεῆ τῆ ἐγγύτητι αὐτὸν  
ἐκ τῶν νεκρῶν.

§. 17. *Modus participandi Messia erat sanctifi-  
catio diei Sabbathi quiete. Quies illa significabat,  
per opera Legis nullam carnem justificandam esse  
in conspectu Dei. Rom. III: 20. Sed ejus gratia,  
per redemptionem faciendam per Christum Jesum 24.  
Illud est quod Asaphus innuit, memorando  
educationem Israelis ex Aegypto. Jehova non  
dedit illis praecepta Foederis operum, per quae  
justificarentur; sed voluit illos sitire justitiam,  
ut satiarentur. Matth. V, 6. Luc. I, 53. Aperi,  
inquit Jehova, os tuum & ego implebo illud. Ps.  
LXXXI, 11. Apostolus Paulus admodum em-  
phatice τὸ operari opponit Fidei, non operari seu  
quiescere, conjungit cum fide τῶ δὲ μὴ ἐργαζομέ-  
νω, πιστεύοντι ἢ ἐπὶ τὸν δικαιοσύνην τὸν ἀσεβῆ λογι-  
ζέται ἢ πίστις αὐτῆ εἰς δικαιοσύνην. Rom. IV, 5.  
Israelitae igitur quiescentes ab omni opere exter-  
no, eo ipso abnegabant justitiam propriam, uni-  
ce studentes meriti Messia esse participes, cum  
qui videbantur mortui. Nam qui ingressus est  
in requiem ipsius, requievit & ipse ab operibus suis,  
quemadmodum a suis Deus. Hebr. IV, 10.  
Quemadmodum enim oportet nos vivificari  
cum Christo, & una suscitari, imo & collocari in  
caelis: ita & oportet cum Christo mori & cru-  
cifigi. Eph. II, 5, 6. Gal. II, 20. id autem  
nobis obsignatur per sacramenta, teste Paulo  
Rom. VI, 3, 4. Ἡ ἀγνοεῖ τε ὅτι ὅσοι ἐβαπτίσθημεν  
εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθη-  
μεν*

ΜΕΝ; ΣΥΝΕΤΑΦΗΜΕΝ ΕΝ ΑΙΩΛΩ ΔΙΧ' ΙΣ ΒΑΠΤΙΣΜΑΙΘ' ΕΙΣ  
 ΤΟΝ ΘΑΝΑΤΟΝ. ΙΝΑ ΩΣΠΕΡ ΗΥΕΡΘΗ ΧΕΙΡΟΣ ΕΚ ΝΕΚΡΩΝ ΔΙΧ' Ε  
 ΔΟΞΗΣ ΤΣ ΠΑΤΡΟΣ, ΕΙΩΚΘΗ ΗΜΕΙΣ ΕΝ ΚΑΙΝΟΤΗΤΙ ΖΩΗΣ ΩΣΠΕ-  
 ΡΑ ΠΑΤΙΣΩΜΕΝ.

§. 18. Eleganter significata est *Mors Messie*  
 & *sepultura* per quietem. *Vita* est *actuositas* ex  
 interno principio. Vid. *Comp. Instit. nostr.* 1. 2.  
 quæ sese exerit variis exercitiis externis. *Corpus*  
 nostrum est *συστημα ὀργάνων* ad actiones varias,  
 non tantum *automaticas*, sed & a *Mentis impe-*  
*rio* dependentes, obeundas, artificiosissime  
 compositum. *Mors* in omnimoda quiete  
 consistit, *actuositate* illa ex interno principio,  
 pressione *Sanguinis* iteratis percussionibus,  
 cessante. *Messias* hoc modo *quievit in sepul-*  
*chro*, ita tamen ut putredo & corruptio, in  
 quam corpus humanum pronum est, juxta  
*Cl. Sibaliū*, & a qua *vita præservat Theor. Med.*  
 p. 561. vim suam in hoc cadavere non exer-  
 cuerit. *Homo vivens*, quando ab externis &  
 voluntariis functionibus cessat, *mortuo* ali-  
 quo modo similis est, quemadmodum eam ob  
 causam *somnus mortis soror* antiquis est dictus.  
 Quum igitur fidelis *Israelita*, juxta præceptum  
 divinum, cessabat ab omni opere, eo ipso  
 certior reddebatur *unionis ac communionis cum*  
*Messia*. Hæc illustrantur & confirmantur ex  
 iis quæ etiamnum obtinent in usu *Sacramento-*  
*rum*. Ita *Catechesis Heidelbergensis* qu. & R. 79.  
 animadvertit non tantum intercedere simili-  
 tudinem inter *panem & vinum & crucifixum*  
 Chri-

Christi corpus, & effusum sanguinem; sed multo magis nos visibili hoc signo ac pignore certos reddi, nos non minus vere corporis Christi ac sanguinis reddi participes, quam sacra illa symbola, in ejus memoriam ore corporis percipimus. *Jesus Christus heri & hodie idem est & in secula.* Hebr. XIII, 8.

§. 19. Eadem illa quies significabat quoque cessationem ab onere & molestiis, quæ veterem illam Oeconomiam comitabantur, per mortem Sponsoris introducendam. *Zacharias* prophetavit Luc. I: 73. Deum memorem fuisse in Missione Filii Fœderis sui sancti, & Jurisjurandi, quod juraverat Abrahamo, ut sine metu, e manu inimicorum liberati serviremus illi cum sanctitate & justitia in ipsius conspectu omnibus diebus vite nostræ. Ita etiam *Apostolus*: quoniam igitur pueri participes sunt carnis & sanguinis, ipse quoque eorundem particeps est factus, ut per mortem aboleret eum, qui imperium mortis habet, h. e. diabolum: Et liberos redderet quotquot metu mortis, per omnem vitam obnoxii erant servituti. Heb. II: 14. Itaque reliquus est aliquis Sabbatismus populo Dei. ib. IV: 9.

§. 20. Hinc jam patet, quantam misericordiam & gratiam Jehova testatus sit Populo duræ cervicis, quod circumcissione illos a gentibus reliquis distinxerit: quod non tantum agnum Paschalem & Festum instituerit, emblemata agni Dei sublaturi peccata mundi; sed quod insuper adjunxerit Sabbathum, & quietem ab omni opere externo! Nonne verus

Israelita hinc omnino poterat esse certus, *Messiam* tandem appariturum in carne & *unica oblatione*, tanquam Pontificem futurorum bonorum, non per Sanguinem hircorum & vitulorum sed per proprium sanguinem ingressurum in Sanctum Sanctorum eternam redemptionem natum, Hebr. IX: 12. dum interim corpus ejus, fatigatum a labore redemptionis, quiesceret in sepulchro? Jes. LIII: 11. Quid magis poterat facere ad robur fidei confirmandum, quam totius repetita Sigilla mortis *Messiae*, pro ipsorum peccatis obeunda? *Circumcisio* semel toto vitæ cursu, *Agnus Paschalis* semel quotannis instituebatur & mactabatur: *Sabbatha* singulis hebdomadibus recurrebant. *Circumcisio* a *Patrefamilias* peragebatur: *agnus Paschalis* e grege electus mactabatur, affabatur & comedebatur: *Sabbathum* cum insigni numero miraculorum, in æternam rei memoriam, fuit præceptum. *Jehova pluiturus erat panem e cælo*. Ex. XVI: 4. Ideo dicitur *nubibus præcepisse*, atque *januas cæli aperuisse*: & *pluisse Manna* ut ederent, atque *didisse frumentum cælesti*. Ps. LXXVIII: 23. Vid. quoque Ps. CV: 40. An non erat insigne miraculum, quod penuriæ populi sui subveniret *Jehova*? Nonne erat insigne miraculum, quod in sterili deserto, singulis matutinis temporibus inveniretur *Manna*? Nonne insigne erat miraculum, quod reliquis hebdomadæ diebus asservata in crastinum *Manna*, *vermes* produceret: *Sabbatho* ab omni putredine esset immunis? Quid? Quod *Mosi* etiam fuerit præ-

ceptum, ut urnam aliquam acciperet, & re-  
 poneret illuc plenam mensuram Homer de  
*Manna*, ac collocaret ante faciem *Jehovæ* asser-  
 vandam per ætates ipsorum. *Ex. XVI:34.*  
 Paulus monet in *Santo sanctorum* fuisse *Arcam*  
*Fœderis* undique circumtectam auro, in qua  
*urna aurea habens Manna*, *Hebr. IX:4*, Pridie  
*Sabbathi* agnus ille immaculatus maectatus ef-  
 fecit, ut *vitam haberent* ipsius oves & *abunda-*  
*rent.* *Joh. X:10.* Quid mirum, si etiam in  
 deserto, eodem crucifixionis die, duplum  
*Mannæ* collegerint, *Sabbatho* a putredine  
 immune futurum? Igitur quum post alia *Sa-*  
*cramenta*, in deserto, ante promulgatam le-  
 gem, tot stipatum miraculis, significatione  
*mortis Messie* adeo evidenti, institutum fue-  
 rit *Sabbatum*, non est mirum, si hujus, non  
 autem *Circumcisionis* & *Paschatis* in *Decalo-*  
*go* fuerit facta mentio.

§. 21. Hinc jam ulterius ratio apparet,  
 quare apud *Ezechielem* cap. XX. non semel  
 separatim *Sabbathi* facta sit mentio: quia nempe  
 summæ benevolentia est & charitatis, quod  
*Jehova* non tantum verbis voluerit instituere  
*Israelem*, addere *Promissiones Seminis Abrahæ* in  
 quo benedicendæ erant omnes familiae terræ:  
 determinare tribum *Judam* e quo oriturus esse  
*Schiloh*, & tempus, antequam sceptrum esset  
 ablatum & *Legislator* recessisset: sed insuper  
 adjungere *Sigilla* plura, quorum usu illorum  
 fides corroboraretur. Nullo modo ergo hinc  
 deducatur

deduci potest, præceptum de *Sabbatho* non esse juris naturalis : quandoquidem nulli potest esse dubium, Jehova instituyente *Sigilla Fœderis* gratiæ, ea debere juxta *ipsius Legem* summa cum *devotione* celebrari.

§. 22. Ulterius hinc perspicitur, *Adamo* etiam hanc *Legem* fuisse notam & inscriptam tabulis cordis ; quandoquidem & ipsi *Paradisus* & *Arbor Vitæ* erant *Sigilla* cœlestis civitatis & *Vitæ æternæ*. Hæc est ratio quare in N. T. facta sit mentio *Paradisi* & *Arboris vitæ*. Ap. II: 7. *Vincenti dabo comedere ex arbore Vitæ, qui in medio Paradisi Dei est.* Quamvis autem per *Arborem Vitæ* jam intelligatur *Christus*, qui mortuus fuit & vivit, quod non habuisset locum, si *Adamus* in statu integritatis perseverasset: potuit tamen per eam *arborem* intelligi *Filius Dei*, auctor & largitor *vitæ æternæ*.

§. 23. Non est etiam hic omittenda consideratio verborum *Servatoris*, qui sese dixit *Dominum Sabbathi*; illud enim minime evertit sententiam hæctenus propositam. *Christus* non dixit sese *Dominum Quarti Præcepti*, hoc enim est immutabile; sed *Dominum Sabbathi*, quandoquidem institutio *Sacramentorum*, seu signorum visibilium invisibilis gratiæ, horum vel illorum in specie, dependet a beneplacito Divino adeoque & *Christi*: ubi autem ea instituta sunt, obligatio est juris naturalis. Rectissime illud docuit *Judæos Christus*:

*stus*: quandoquidem illi existimabant *Sabbathi* institutionem semper continuandam: cum tempus instaret, quo loco *Sabbathi* significantis *Messiam*, ejusque mortem & futuram satisfactionem, introducerentur signa *reconciliationis peractæ*. Vera prædicasse *Christum* patet, quandoquidem instituit *S. Baptisma* & *S. Cœnam*: adeo ut nos hoc tempore non simus magis solliciti de *Sabbatho Judaico*, quam de *Circumcisione*. Præfatio præmissa Institutioni Baptismi, auctoritatem Christi egregie confirmat; neque enim exigui momenti res est instituire Sacramenta. Ἐδόθη μοι πᾶσαι ἐξουσίαι ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς. Πορευθέντες ἐν μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτούς. Matth. XXVIII: 18. 19. Vid. quoque Joh. XVII: 2.

§. 24. Vidimus *Sabbathum*, videamus quomodo illud sit *sanctificandum*, quandoquidem additur, ut *sanctifices illud*; I. *Sanctificatio* in eo consistit, ut *Israelita* illud tanquam a *Jehova*, & reliquis diebus hebdomadæ distinctum, sacris usibus impenderent. Ita *Coccejus* in Lexico voce שבת monet res sanctificatas desuisse esse communis usus. Quemadmodum in N. T. *panis*, alias communis usus, in celebratione *S. Cœnæ* est *sanctus panis*: ita etiam *Dies*, reliquis omnino æqualis, *Præceptum* juxta divinum celebratum, & transactum, sanctificatur. 2. *Sanctificatur* etiam dies quiete, uti vidimus, sed non sola; requiruntur enim illa exercitia, quæ Sigillis Fœderis conveniunt Hæ.

plura enumerari possent, atque hac de re ingens posset tractatus conscribi: nos breviter quædam attingemus. 3. Sanctificatur etiam *meditatione & exercitio Fidei*. 4. *Amoris*. 5. *Scrutatione S. Scripturæ & Legis*. 6. In lætitia spirituali. 7. In celebratione nominis Jehovæ & precibus.

§. 25. Videbuntur forsitan hæc paradoxa iis, qui tota mente defixi in *externa quiete*; non satis animadverterunt, quis esset finis hujus præcepti, & quæ officia voce *Sanctificationis* essent injuncta. Itaque hæc paucis sunt confirmanda. Et quidem manifestum est *Sanctificationem Sabbathi* in eo fuisse sitam, ut dies ille ultimus hebdomadis, ab usu ordinario laboris manuum, a quo *molestia sejungi non potest*, Gen. III: 19. impenderetur exercitiis specialibus, sanctisq; meditationibus. *Mentis nostræ vita* consistit in cogitatione, hæc est essentia ejus, actuositas, qua semper operatur; non oportet autem ut hæc *actuositas* legibus soluta promiscue vagetur, ne videamur similes *equis & mulis mente orbatis* Psal. XXXII: 9. Oportet ut *Deus sanctificetur in cordibus nostris*. 1. Petr. III: 15. ut Deum agnoscamus sanctum & ex corde eum sanctificemus, sive sanctum dicamus cum lætitia; agnoscentes, quod in Christo sanctificatus sit. Es. V: 16. & quod in eo nobis factus sit *αγίασμα* & Sanctuarium, & in *sanctificatione* queramus *certitudinem communionis cum Deo & habitationis ejus*

*ejus in nobis*, verba sunt Ioh. Cocceji ad d. l. Quandoquidem ergo quies illa ab externis exercitiis, otium præbebat commodum Israelitis: illud erat impendendum meditationi Legis, & in specie *Præcepti quarti*, ad corroborandam fidem. Illi pronunciantur beati, qui *Legem Dei meditantur die & nocte*. Ps. I: 2. vid. quoq; Ps. CXIX: 15. 16. &c. Imo præscriptum erat Israelitis, ut *verba Legis in eorum corde essent*: ut ea acute *ingererent filiis suis*: ut de iis loquerentur domi sedentes, *ambulantes per viam, cubitum ituri & surgentes*. Deut. VI: 6. 7. 8. &c. Quod si autem illud semper esset agendum: quanto magis die illo, quem Deus a communi usu secreverat, ut esset *Sandus & Signum Fœderis*. Deut. V: 15. illud expresse iungitur: Cogitandum erat de beneficio eximio, de educatione e terra Aegypti manu valida. Is qui eos eduxerat ex Aegypto, etiam ipsos liberaturus erat e servitute *Diaboli*, conterendo *caput serpentis*. Illud autem fieri non poterat absque *contritione calcis Messiae*, cujus sepultura per *Sabbatum* adumbrabatur. Illud igitur insigni devotione ad corroboracionem fidei erat celebrandum. 4. *Amoris* etiam hic occurrebant insignes stimuli. *Amoris Dei*, cujus in ipsos *signa* eximia erant conspicua: *Proximi*; quippe omnes Israelitæ ex iisdem *Patribus & Patriarchis* oriundi, consanguineitatis vinculo erant obnoxii; sed & hæredes earundem *promissionum*, participes

eorundem *Sigillorum Fœderis Gratia*, *Circumcisionis*, *Agni Paschalis*, *Sabbathi*. 5. *Sanctificatur etiam Sabbatum* scrutatione S. *Scripturæ & Legis*. Ita in *Actis Apostolicis* expresse dicitur *Act. XV, 21. Mosen singulis Sabbathis in Synagogis legi, ut & Prophetas*. XIII, 27. Quare ratione autem hoc habuerit locum, antequam libri *Mosis & Prophetarum* fuerunt scriptis consignati, non adeo clarum est. Interim cogitandum est, fidelem servum in domo Dei, non reliquisse *Israelitas* exfortes prædicationis necessariæ. *Paulus* ex eo quod *Moses* dixerat: prope te verbum est in ore tuo & in corde tuo, conficit: *Hoc esse verbum fidei, quod prædicatur*. *Rom. X, 8.* atque iterum in *Epistola ad Hebræos IV, 2.* expresse dicit: etenim *nobis evangelisatum est sicut & illis*: at non profuit illis *auditus sermo*, ut qui fide *contemperatus* non fuerit in illis qui *audiverunt*. Insignis *Jehovæ* erga suos *benevolentia*, non potuit non in iis *excitare*. 6. *Letitiam spiritualem*, cujus *emphatica expressio* occurrit apud *Jes. LXI, 10. Hilarando hilarabor in Domino, gaudebit anima mea in Deo meo: quia induit me vestibibus salutis, pallio justitiæ amiccivit me, ut sponsum qui applicat ornatum & ut sponsam, quæ se operit mundo suo*. Vid. quoque *Pf. IV, 8. XVI, 9. 10. &c. 7.* *Eo ipso die celebrandum esse nomen Jehovæ*, tum res ipsa clamabat, tum *inscriptio Psalmi XCII.* expresse *diei Sabbathi* mentionem faciens. *Rectissime*

*sime Pareus ad h. l. Usus inscriptio docet : Est enim in Sabbatho cantari solitus, ut commonefaceret Ecclesiam, Sabbatho cum primis convenire meditationem operum Dei : quia bonum est, i. e. gratissimus Dei cultus. Doctrina ergo est, de vera sanctificandi Sabbathi ratione. Deus non colitur otitando, neque etiam sacrificia & ceremoniæ sunt præcipuum cultus ; sed meditatio & celebratio operum Dei. Ps. XCII, 2. Bonum est confiteri Jehovæ, & canere nomini tuo Altissime, Indicare matutino gratiam tuam & veritatem per noctes. 8. Nam letificasti me, O Jehovab, molitione tua : in operibus manuum tuarum jubilo. Vid. quoque Ps. XXIII, C, CIII, CXVI, CXVIII. &c. Gratiarum actioni esse jungendas preces ex innumeris Psalmis patet ex. gr. e Ps. CXXXVIII, 1.6.8. tum ex exhortatione Paulina 1. Tim. II, 1. qui etiam monet, omnia esse pura cum gratiarum actione sumpta : addita ratione : quandoquidem Sanctificantur precibus. Licet adjicere locum unum & alterum eximiorum Theologorum, ut pateat, non respiciendam tantum esse in celebratione Sabbathi omnimodam quietem, sed imprimis cultum divinum, cui otium illud inferviebat. Joh. Coccejus in Lexico voce שָׁבַת Est autem sanctificare tempus in tempore omnia agere sancte ad honorem Dei. Quies diei Sabbathi erat signum sanctificationis 1. quatenus commemorabant Fœdus Dei & eam Sanctificatorem suum nominabant. 2. Quatenus quiescendo testabantur se expectare quietem aliam, præter quie-*

tem terra Canaan. *Omne Sabbathum sanctificandum est. Literale & umbraticum quiete, sed non sola; verum commemoratione Fœderis & spei. Videmus ergo, id quod in principio hujus paragraphi diximus, eximium hunc Virum judicasse ad sanctificationem Sababthi plura requiri, quam solam quietem. Hisce respondent ea, quæ reperiuntur apud G. Momma Oecon. II. 7. §. 43. Homo sanctificat diem, cum, eundem in sanctitate & exercitiis pietatis transigit: ita oportet, ut homo diem sanctificare volens, se ipse ad omnem pietatem & cultum divinum componat: non igitur dies ullus sanctificari ab homine potest, nisi ipse se in illo & ad illum sanctificet.*

§. 26. Ex iis quæ dicta sunt, illustrari potest locus qui occurrit Lev. XIX, 30. *Sabbatha mea observatote, & sanctuarium meum revere mini: ego sum Jehova. Interpretes se torse runt in explicatione posterioris partis hujus versiculi, quandoquidem ambiguum videbatur, quid per Sanctuarium esset intelligendum. Fagius locum sanctum, & Templum intelligens, id quod de re dictum est, de personis intelligit, adeoque sensum plane evertit, hæc sunt ejus verba: Hic nomine Sanctuarii eos intelligit, qui in templo versabantur: Vos Sacerdotes tam majores quam minores, qui mihi ministratis in templo, metuite me, & ne lugeatis mortuos. Alii ex Hebræis h. l. ita explicant: quod licet omnia loca in quibus oratur & docetur Lex, sint veneranda, tamen singulariter Hierosolyma propter San-*

Sanctuarium est honorandum: unde colligunt, non debere pernoctare in ea mortuum, nec transferri debere per ea ossa mortuorum &c. hæc habent pulchram & jucundam explicationem, si ad mysterium referas, h. e. cœlestem illam Hierosolymam & civitatem Dei, quæ est Ecclesia Dei viventis, quam Christus repurgavit suo sanguine ab omnibus inquinamentis. Similia fere habet Vatablus. Ut verus sensus intelligatur, oportet considerari שִׁקְמוֹ quod Buxtorfius explicat Sanctuarium, Asylum & rem sanctam, derivari a Radice שִׁקַּמ quod significat Parari, Preparari, Sacrari, Sanctificari, Sanctum, sacrum esse vel fieri. Sanctus Israelis est piis Sanctuarium: Messias Asylum, quemadmodum Deus Abrahamo promisit, se fore ejus clypeum: ea quæ unionem cum Messia significant & obsignant sunt res sanctæ. Itaque per Sanctuarium in genere intelligi debent omnia Sacramenta, quæ faciunt ad confirmationem fidei & sanctificationis. Ad ea non est accedendum illotis manibus, sed debet præcedere præparatio debita, id quod Præcepto quarto injungitur. Sanctuarium, imo in genere omnia Sanctuaria junguntur Sabbathis, ut significetur, non tantum Sabbathæ tanquam sigilla justitiæ fidei esse religiose, & debita præparatione prævia celebranda; sed omnia Sacramenta, sive ea jam instituta sint, sive postmodum instituenda. Jac. Altingius aliquid affert non plane inconcinnum: Sanctuarii reverentia est, ne quis non præ-

pa-

paratus accedat, ne cum baculo, aut pulverulentis pedibus, aut cum Marsupio, accedat; sed utatur omni gestu reverentiam testante. Conf. Marc. XI: 16. Joh. II: 14.

§. 27. In Præcepto quarto non injungitur tantum simpliciter *Sanctifica diem Sabbathi*; verum cum singulari emphasi: *Memento diei Sabbathi ut eum sanctifices*, adeoque præcipitur præparatio debita. Exod. XX, 8. occurrit vocabulum זכור memento, a זכר Recordatus fuit. Deut. V, 12. autem שמור observa, שמר unde שמרים vigiles, φυλάκεις: significatur diligens cura, quemadmodum Vigiles observant ad matutinum. Psal. CXXX, 6. Quemadmodum ea quæ ad rem culinariam spectabant pridie Sabbathi erant coquenda, ne aliquod impedimentum injiceretur celebrationi Sabbathi, ita imprimis animus erat debito modo disponendus, quandoquidem plura officia Sabbathi dies requirebat, uti vidimus. *Memento diei Sabbathi ut eum sanctifices*: in hoc tota mente, animo, cogitatione incumbere. *Memento me velle sanctificari* ab illis qui ad me accedunt. *Memento me esse ignem consumentem*. *Memento me Patrem tuum Abrahamum* elegisse, atqui ex Ur Chaldæorum eduxisse, imo ipsi promississe Semen, in quo benedicerentur omnes familiæ terræ. *Memento Abrahamum Deo credidisse*, & imputatum ipsi fuisse ad justitiam. Rom. IV, 3. *Memento eundem signum accepisse circumcisionis, sigillum justitiæ fidei.* Me-

men-

mento me *agnum Paschalem* vobis insuper ad-  
 junxisse, assandum, comedendum, cujus  
 sanguis postibus ædium vestrarum illinatur;  
 vos servavit ab angelo trucidatore. Emblema  
 hoc est manifestissimum *Sanguinis Messie* in  
 mundum venturi, se ipsum inculpatum ob-  
 laturi Deo, emendaturum conscientias ve-  
 stras ab operibus mortuis, & servaturum ab  
 ira Dei, *Memento me tandem* hisce adjunxisse  
*Sabbathum*, ut per tot res a me institutas, *va-*  
*lidam haberetis consolationem.* Heb. IX, 14. VI,  
 18. Summa hæc mea est benignitas & φιλαν-  
 θρωπία, me non tantum vobis Legem, com-  
 monstrationem viæ & metæ seu viæ justitiæ  
 voluisse præscribere; sed præterea adjunge-  
 re sigilla justitiæ Fidei, ut certissimi reddamini  
 justitiæ, per *Jekovam* justitiam vestram, *ad-*  
*ducenda*, vos participes esse factos. Itaque ac-  
 cingite vos, ut ea, qua par est, præparatio-  
 ne & devotione peragatis. Diem hunc a re-  
 liquis secretum. *Memento eorum* quæ ego  
 ante promulgationem Legis inculcavi Exod.  
 XX: 5. 6. *Nunc igitur, si sedulo auscultabitis vocem*  
*meam, & servabitis fœdus meum: utique eritis mi-*  
*hi peculium præ omnibus populis: quamvis mea*  
*est tota terra. Vosque eritis mihi regnum sacer-*  
*dotale, & Gens sancta: ne externa Legis per-*  
*agentes absque fide in vos quadret, id quod post-*  
*modum pronuntiabitur: Num victimas & obla-*  
*tiones obtulistis mihi annis 40. in deserto, domus*  
*Israel? Imo bajulastis tabernaculum Molochi, &*  
*fidus*

*fidus Dei vestri Remphanis, quas figuras fecistis, ut eas adoraretis.* Itaque non tantum a natiuitate octavo die filios vestros mares *circumcidite*: quotannis *Pascha*, omni fermento expurgato, celebratote; sed & singulis hebdomadibus ultimum diem, *emblemata Mortis* & *Sepulturae Messie*, tanquam *sigillum iustitiae fidei* juxta *Præceptum meum* traducite.

§. 28. Ex iis quæ hætenus disputata sunt, abunde patere existimo, *Præceptum quartum de Sabbatho* in specie agens, de omnibus *Sacramentis* tam ante *Lapsum*, quam sub *promissione* & *Veteri* *ἰουδαϊκῆ*, imo etiam *N. T.* esse intelligendum atque explicandum, adeoque esse ejusdem ingenii cum reliquis novem verbis, ac juris naturalis. Quis enim dubitare potest, omni tempore summum esse nefas, si quis *sacramenta* absque debita *præparatione*, *devotione* & *fide* usurpet? Nonne statim post *lapsum* *Deus Cainum* ejusque *oblationem* neglexit, *Abelem* respexit? *Gen. IV, 4. 5.* *Respexit*: cujus rei rationem *Paulus* explicat, quandoquidem in *fide* obtulit. *Gen. XI, 4.* Ideo *odor sacrificii Noachici* *Deo* placuit, quandoquidem *fides* ejus respexit eum, qui traderet seipsum pro *fidelibus oblationem ac victimam Deo*, in *odorem bonæ fragrantie*. *Eph. V, 2.* Juvat tamen *superpondii loco* paucis ostendere, *Theologos* & in specie *Catechesin Heydelbergensem*, quæ in omnium versatur manibus, eadem *Methodo* uti in *explica-*

plicatione Decalogi. In *Secundo Præcepto* vetatur cultus imaginum, interim generaliter explicato complectitur omnem: *ἱεροδρησκειαν* tanquam prohibitam. qu. & R. 96. id quod convenit cum effato Servatoris Matth. XV, 9. *Frustra me colunt, docentes doctrinas, quæ sunt mandata hominum.* Quæ quinto præcepto de *Patre & Matre & honore* iis exhibendo præcipiuntur, intelligenda sunt generaliter præscribi omnibus, qui alios tanquam superiores venerari debent: *subjectis respectu magistratum, discipulis respectu præceptorum, pupillis respectu tutorum &c.* *Præceptum sextum.* *Non occides,* non tantum vetat aliquem jugulare, sed & quocumque modo lædere: non tantum actum ipsum prohibet; sed & fomites cædis, iram, odium &c. injungit etiam contrarias virtutes, amorem & officia proximi præstanda. *Præceptum septimum* ita propositum est, ut tantum conjugatos videatur respicere: *Non committes adulterium:* interim *Catechesis Heydelbergensis* illud latissime explicat monens *Deum omnem turpitudinem aversari, ideoque nos eam penitus odisse & detestari debere, contraque temperanter, modeste & caste sive in sacro conjugio, sive in vita cælibe vivere oportere.* Quod si *Mosen* consulamus, ille turpitudinem vetat, quæ à conjugio longissime est remota. *Lev. XVIII.* *Item in ullam bestiam, ne inito concubitum tuum polluendo te in ea: mulier quoque ne consistito coram bestia ut ineat eam, confusio est.* Cum ergo præ-

præceptum de *adulterio* omnes *matrimonii vinculo junctos* respiciat, & non tantum sub V. sed & N. T. obtineat, imo omnem incestum & fornicationem & turpitudinem completatur; dubitabimusne, an *Quartum Præceptum* unius *Sacramenti* appellatione intelligat omnia *Sacramenta* tam sub *Promissione*, quam sub *Lege*, nec non N. T.? Non est opus, ut ad plura præcepta me conferam, quum res mihi videatur manifestissima.

§. 28. Ulterius, quum omnibus constet, per *Christi* satisfactionem abolendas esse omnes *Leges ceremoniales*, atque *Christum* non venisse ut dissolveret *Legem* & *Prophetas*; Matth. V: 17. Itidem, quum *Paulus* aperte professus sit, se nihil dicere extra ea quæ *Moses* & *Propheta* futura esse prædixerant. Act. XXVI, 22. Et tamen *Christus* instituerit *Baptismum* & *S. Cœnam*: *Paulus* baptizaverit aliquos, & usum *S. Cœnæ* præcedente exploratione sui urserit, evidens est: obligationem hæc sigilla *Fœderis* utendi, infixam esse *juri naturali* & *Legi*. Ulterius quum tam perfecta sit hæc *Lex*, ut nihil ei in præceptis moralibus, aut a *Christo* aut ab *Apostolis* additum fuerit Vid. Syn. Prof. Leid. D. XVIII, §. 39. sequitur omnia officia, quæ *Christianis* incumbunt præstanda, ad aliquod præceptum debere referri: adeoque & *Baptismi* & *S. Cœnæ*: Jam autem attendenti non erit obscurum, ad nullum aliud præceptum hæc commode spectare, nisi ad solum

quar-

quartum, adeoque mihi non videntur hæc ulteriori confirmatione egere.

§. 29. Quod si ea, quæ jam explicata sunt, conferamus cum iis quæ inveniuntur in *Catechesi Heidelbergensi*; videbimus hæc pulchre convenire. Expresse dicit Catechista, *Præcepto quarto præcipi usum Sacramentorum*, id quod ego hæctenus urfi. Hic est scopus hujus Præcepti. Mortis Messiaë in mundum venturi, emblemata & signum Patribus & Israelitis debebat repræsentari in usu Circumcisionis & Paschatis. Mortis Messiaë & sepulturæ, Mannaë, panis vitam dantis mundo, non videndi toto Sabbatho, repræsentatio singulis hebdomadibus erat renovanda. Mortis Christi semel perpeffæ cum effusione pretiosi sanguinis memoria & annunciatio sub N. T. continuari debet usque dum ipse gloriose appareat in nubibus cœli. 1. Cor. XI, 26. Quantam autem symbolorum horum usus exigit præparationem! *Memento diei Sabbathi ut eum sanctifices.* Quemadmodum autem non tantum virtutes præcipiuntur, sed & *adminicula*, ita etiam hic adduntur ea, quæ ad scopum hunc consequendum necessaria sunt, *ministerium Evangelii, scholæ, frequentatio cœtuum divinorum ad audiendum verbum Dei.* Inculcantur hæc ab Apostolo Paulo Rom. X, 14. *Quomodo igitur invocabunt eum in quem non crediderint? Quomodo autem credent ei, de quo non audierint? Quomodo autem audient absque prædicante?* sicut scriptum est, *quam*

speciosi sunt pedes evangelizantium pacem; evangelizantium bona. 17. Ergo fides ex auditu est: auditus autem per verbum Dei. Quod si autem exploratio sui fidem imprimis debeat respicere: atque Sacramenta sint sigilla justitiæ fidei, patet recte hæc a Catechista esse inculcata. Ad prædicationem autem verbi requiritur tempus constitutum, quo ecclesia conveniat: id tempus vocatur hic *Sabbathum*, cui vocabulo venia dari potest, quippe non ignorarunt hi Theologi *Sabbathum* judaicum jam dudum abrogatum esse, & inde ab Apostolorum temporibus *primo hebdomadæ die* Christianos solitos fuisse convenire, atque eundem fuisse dictum *Dominicum*. Apoc. I, 10. Quemadmodum Christianos decet meminisci *Resurrectionis Dominice*, ita dies quo resurrexit *Dominus*, *Dominicus* inde dictus, magni est faciendus, ne videamur flocci facere resurrectionem Servatoris. Tum publicis singuli suas debent adungere preces, & pro facultatibus aliquid conferre in pauperes Heb. X, 25. Act. XX, 7. I, 14. 1. Cor. XVI, 2. Quæ sequuntur in *Catechesi* notatu digna sunt: vult, ut quisque *semper* illud *Sabbathum* in hac vita exordiat. *Christus* ovibus suis dat vitam eternam. Joh. X, 28. *Deus* ita amavit mundum, ut filium suum unigenitum dederit, ut unusquisque qui in eum credit non pereat, sed habeat vitam eternam. Quando ita expresse in præsentis dicitur, dat vitam eternam, non hoc ita explicandum est, daturus est; sed

sed jam revera tribuit: nempe quando ipsis dat Spiritum Fidei; atque ita purificat corda ab odio & aversione Dei; quando ipsos regenerat, novam vitam ipsis tribuit, imo ipse Christus per fidem habitat in cordibus fidelium. Eph. III, 17. Gal. II, 20. atque efficit ut exultent gaudio ineffabili & glorioso. 1. Petr. I, 8. Sabbathum hoc celebrant fideles, quando sanctificati serpentem oderunt, abstinent ab operibus tenebrarum, imo abstinent ab operibus suis, quemadmodum a suis Deus. Hebr. IV, 10. Renovati spiritu mentis suæ, induerunt novum hominem, & incedunt in charitate. Eph. III, 23, 24. IV, 2. Hæc vita est æterna, quia nunquam extinguitur, ne quidem in morte, uti Christus emphatice docet. Joh. XI, 23. &c. Dixit ei Jesus: Resurget frater tuus: dicit ei Martha: Scio resurrecturum in resurrectione, ultimo illo die. Dixit ei Jesus, Ego sum resurrectio & vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet: & quisquis vivit, & credit in me, non morietur in æternum: credis hoc? Fides itaque excitat in credentibus novam vitam, nunquam, ne in morte quidem finiendam, quæ a Catechista dicitur æternum Sabbathum. Quando autem efficacia vitæ Christi, imo & fidei se maxime exserit in fidelibus? Nonne ubi prævia præparatione debita, & summa reverentia hi participes fuere facti figillorum Foederis gratiæ? Apparet illud abunde, ut alia omittam, e gratiarum actione post usum S. Coenæ recitari solita. Benedic, anima mea, Jehova, & omnia intima mea nomini sancto ejus. Benedic,

*animā mea, Jehovæ & ne obliviscaris omnium  
 summorum beneficiorum ejus. &c.* apparet itidem  
 illud in cantu Ps. XXIII. *Jehovab est Pastor meus,  
 non destituar &c.* vel etiam *Cantici Simeonis*, in  
 quo non raro desinit sacrum hoc exercitium:  
*Nunc dimittis servum tuum Domine, secundum ver-  
 bum tuum in pace. &c.* Luc. II. v. 29. quid?  
 Quod hac ratione in justitia, pace & gaudio  
 per Sp. Sanctum Regnum Dei se exerat?  
*Per hæc qui servit Christo, gratus est Deo & acce-  
 ptus hominibus.* Rom. XIV, 17, 18. Ita voca-  
 tur *Sabbathum deliciae, sanctum Domini.* Jes.  
 LVIII, 13.

§. 30. Longe plura possent adjungi; sed  
 hæc mihi sufficere videntur ut constet *Præce-  
 ptum quartum* Decalogi esse explicandum gene-  
 raliter de omnibus *Sigillis Fœderis Gratia*, adeo-  
 que esse ejusdem naturæ cum omnibus reli-  
 quis præceptis, morale & immutabile. Ex-  
 plicatio hæc convenit cum fundamentis, qui-  
 bus innixi Theologi, etiam reliqua præcepta  
 solent exponere: imo optime quadrat cum  
 expositione *quarti præcepti*, prout proposita est  
 in *Catechesi Heidelbergensi*.

§. 31. Vidimus in antecedentibus *Præce-  
 ptum quartum* in duo membra distinguendum  
 esse, quorum primum continet *ipsum præce-  
 ptum*, particulare quidem, sed universaliter  
 explicandum: alterum *ulteriorem explicationem*  
 exhibet illius *signi externi*, quod *Judæis* erat  
 proprium, nempe *Sabbathi*, in cujus explica-  
 tio-

tionem poterimus esse breviores. *Sex diebus operaberis, & facies omne opus tuum:* inquit Legislator, h. e. quandoquidem per lapsum Adamus se & posteros suos in eam coniecit necessitatem, ut in sudore vultus comedendus esset panis, diligenter operibus vocationis vestrae incumbetis, ne paupertas, onus miserum & grave, vos opprimat. *At septimo die erit Sabbathum Domini Dei tui, vel Domino Deo tuo.* Est Sabbathum Jehovæ Dei tui, quandoquidem absoluto opere creationis sex diebus quievit septimo. Quandoquidem illum destinavit, ut esset *Sigillum Fœderis gratiæ*, Israelitis diligenter celebrandum. Quandoquidem hic dies quieti Messiae in sepulchro erat destinatus absoluto opere Redemptionis. Quandoquidem *Manna cœlestis* hoc die non descendens, nec putrescens, uti reliquis, occasionem præbuit illius diei instituendi tanquam *Sacramentum*: id quod soli Jehovæ licitum erat. Est ergo & Sabbathum Jehovæ Deo tuo, juxta ejus præscriptum ad honorem Jehovæ & Messiae debita veneratione celebrandum. *Non facies ullum opus:* quoniam ex operibus legis, nulla caro justificabitur: quoniam cessatio ab omni opere emblemata est Messiae mortui, & quieturi in sepulchro, cui vos decet esse conformes. *Nec tu, nec filius tuus, nec filia tua, nec servus tuus, nec ancilla tua, nec jumentum tuum, nec advena qui est intra portas tuas.* Ratio extat Deuteronomii v. 15. *nam memor eris, te servam fuisse in A-*

gypto, & Jehovam Deum tuum te inde eduxisse manu forti & extenso brachio: ideo Jehova Deus tuus praecepit, ut Sabbathum observares. Ex his confirmatur id, quod in antecedentibus diximus, non sola quiete celebrandum fuisse Sabbathum, sed meditatione divinorum beneficiorum. Jehova Fœdus sanciverat cum populo Israelitico, confirmaverat illud pro immensa sua benignitate Sigillis Fœderis; adeoque illorum erat hujus gratiæ memoriam nunquam ex animis suis delere. Quemadmodum autem omnes cujuscunque conditionis, ætatis, sexus, tenebantur Sabbathum celebrare, si modo inter Judæos, in terra Canaan degerent, ita tempore Messie, quicumque in Christum baptizarentur, induituri erant Christum: non futurus erat Judæus, neque Græcus, non servus, non liber, nec masculus, nec foemina: omnes enim unus futuri erant in Christo Jesu. Gal. III, 27, 28. Vid. & Col. III, 11. Interim tamen, quandoquidem ea quæ in V. T. gesta sunt, typi sunt eorum, quæ postea contigerunt: ita etiam hæc possunt esse stimuli fidelibus etiamnum viventibus. Debent omnes esse memores se e potestate Satanae, se e gentilismi tenebris, e carcere magnæ illius civitatis, quæ dicitur Sodomam & Aegyptus, esse liberatos, ut Deo tanquam gens sancta, & regale sacerdotium absque timore, in alacritate & gaudio possent servire, & Sacramentorum Fœderis gratiæ, juxta institutionem divinam esse participes.

§. 32. Vidimus succincte ulteriorem expli-  
 cationem præcepti, quatenus *Sabbatum* in  
 specie & *Judeos* respicit, videnda restat ratio,  
 quare ultimus hebdomadæ dies sit celebra-  
 ndus: *Nam sex diebus fecit Deus cælum, terram, ma-*  
*re, & quaecunque in iis sunt, & requievit die septi-*  
*mo.* Itaque stupendum hoc opus creationis  
 diligenter erat meditandum, quippe eximium  
*Conditorum* hoc alta voce clamabat, id quod  
*Apostolus Paulus*, ut *Jesaiam Prophetam* & alios  
 omittam, diserte testatur Rom. I, 20. *Ipsius*  
*enim invisibilia, jam inde a condito mundo, e rebus*  
*factis intellecta, pervidentur: aeterna videlicet*  
*ejus tum potentia tum divinitas. Et requievit die*  
*septimo:* non est hoc intelligendum de propria  
 quiete, quippe *Christus* diserte testatus est Joh.  
 V, 17. *Pater meus usque adhuc operatur, & ego*  
*operor.* Nisi potenti Dei manu conservaretur  
 Cœli & Terræ vasta hæc moles, actum esset  
 de tota hac compage; sed absoluto opere  
 creationis, cessavit ab ulteriori novarum specte-  
 rum productione, & deliciasus est in eo, quod ele-  
 gantissimum hoc *Palatium*, omnibus numeris  
 absolutum, tam exacte responderet finibus,  
 quos *Jehova* sibi proposuerat: adeo ut *Regius*  
*Psalter* rectissime cecinerit: *Sit gloria Jehova in*  
*seculum: letatur Jehova in operibus suis.* Ps. CIV,  
 31. Ita ut hic animadvertere liceat emblemata  
 mortis *Messie*, de qua extat apud *Jeremiam*  
 XXXI, 26. Propterea evigilavi & vidi, &  
*somnus suavis fuit mihi. Quemadmodum abso-*

lutum opus Creationis, laetitiae materiam, ut  
 ita loquar, praebeuit Omnipotenti: ita etiam  
 Christus, qui *valde desideraverat ultimum Pascha*  
*cum Discipulis suis comedere*, Luc. XXII. 15. *pro-*  
*cubuit secure*. Pf. XVI, 9. *Exultavit*. Act. II,  
 26. *Vivens Deo* Rom. VI, 6. postquam opus  
 illud gloriosissimum Redemptionis perduxis-  
 set ad finem, & sub finem vitae pronunciaisset:  
*τετέλεστο*. Joh. XIX, 40. Consummatum est.  
*Ideo benedixit diei Sabbathi & sanctificavit eum*.  
 Revera benedictio divina est, quando creatu-  
 ra impenduntur, usibus eximiis, ad Dei glo-  
 riam & benignitatem annunciandam. Non-  
 ne est insignis Sabbathi prerogativa, quod,  
 cum alii dies essent dicati molestis exercitiis,  
 & pani lucrando; *hic dies* omni molestia va-  
 cuus, *quieti & sacris exercitiis* impenderetur?  
 Nonne erat insignis prerogativa, quod illo  
 die nutrirentur pane coelesti, *Manna a putredi-*  
*ne immunis*? Nonne erat insignis prerogativa,  
 quod *φιλανθρωπία* Jehovah hoc signo & sigil-  
 lo voluerit succurrere imbecillitati eorum fi-  
 dei, & singulis hebdomadibus ipsos monere,  
 imo eorum spem confirmare, *Messiam* suo  
 tempore in mundum venturum, aeternam ju-  
 stitiam adducturum, & *Sabbatismum* procura-  
 turum veris Israelitis? Nonne igitur hic dies  
 recte potest dici *sanctificatus*, h. e. eximiis bis-  
 ce usibus destinatus, *a reliquis diebus separatus*,  
 suo tempore iisdem impendendus? *Paulus*  
 affirmat, Vanitati subjectam esse creaturam,

non sua sponte, sed propter eum qui subjecit. Rom. VIII, 10. Nos possumus, dicere: *Creaturam a vanitate liberari, adeoque ei benedici & sanctificari, quando usibus sacris destinatur & impenditur.*

§. 33. Atque ita videor mihi breviter ob oculos posuisse genuinum sensum *quarti Præcepti*; jam enim patet rectissime hoc, *una cum aliis præceptis*, solemniter modo e monte Sin promulgatum esse; non minus enim est *juris naturalis & morale*, quam reliqua omnia. Patet, hoc modo *numerum decem verborum* manere integrum. Patet itidem hoc præceptum sua natura distinctum esse a *præceptis non bonis*, quandoquidem jam, ante Decalogum pronunciatum, institutum fuit, atque tum solenni modo repetitum. Patet denique etiam *Adamo* fuisse notum, imo ejus cordi inscriptum hoc Præceptum: non equidem *Sabbatum*; sed illa *Sacramenta Paradisi & Arborem vite*, quæ Jehova ipsi largitus erat, debita devotione esse magnificanda. Quod si in explicatione hujus præcepti Theologi eodem modo essent versati, atque in reliquis, obvium erat observare, Præceptum particulare generaliter esse explicandum. Explicationis hujus utilitas etiam hinc elucescit, quandoquidem jam ratio reddi potest, quare *Sabbathorum* in specie *Ezechiel* faciat mentionem, quippe quæ clarissime summæ benevolentiae divinæ præbeant testimonium. Accedit & alia utilitas, quod hæc explicatio optime quadret cum *Catechesi*

*Heidelbergensi.* Spero igitur hanc disquisitionem *Paci Ecclesie*, adeoque gloriae divinae inservituram. *Deus vero pacis*, qui magnum illum ovium per sanguinem foederis Pastorem, Dominum nostrum *Jesus* a mortuis reduxit, perficiat nos in omni opere bono, ad praestandam ipsius voluntatem: efficiens in nobis quod acceptum sit in conspectu suo per *Jesus Christum*: cui sit gloria in secula seculorum, Amen.



II.

**JO. GEORGII MICHAELIS,**

de **PARABOLA**

Luc. XVI, v. 9-14.

de

**PHARISAEO & PVBLICANO**

Commentationis  
pars prima.

**ARGUMENTUM.**

Esse hanc pericopam parabolam & unde sit desumpta §. 1.  
Occasio §. 2. Argumentum & scopus §. 3. analysis §. 4.  
Pha.

Pharisæos non dictos a  $\Psi\alpha\delta$  interpretatus est, ac si  
 essent legis interpretes §. 5. Sed a  $\Psi\alpha\delta$  sensu se-  
 parandi, qua occasione expenditur sententia Bux-  
 torfii, Drusii, Cameronis de interpretatione Kim-  
 chiana Zeph. I: 8. §. 6. Itatamen hoc nomen ipsis  
 ab aliis fuerit impositum §. 7. publicanos fuisse Ju-  
 dæos, quamquam abjecti & contemti fuerint habiti  
 §. 8. Per utriusque *adscensum* intelligendam esse sa-  
 crorum communionem §. 9. adscendisse dicuntur,  
 quoniam templum monti Morizæ inædificatum erat  
 §. 10. Verba  $\alpha\delta\epsilon\iota\varsigma\ \omega\epsilon\theta\varsigma\ \epsilon\alpha\upsilon\tau\alpha\upsilon\ \tau\alpha\upsilon\tau\alpha\ \omega\epsilon\theta\sigma\iota\upsilon\chi\epsilon\tau\alpha$ ,  
 vertenda esse seorsim stans hæc precabatur §. 11.  
 stando enim veteres precabantur §. 12. Pharisæos  
 propriis viribus nimium adscripsisse §. 13. reli-  
 quum populum tanquam impurum vulgus abomi-  
 natos fuisse §. 14. secundo & quinto die jejunavisse  
 §. 15. decimas non unius generis fuisse, eo animo  
 solvisse Pharisæos, quo majores divitias acciperent.  
 §. 16. publicanum, ut animi modestiam testaretur,  
 stetit in loco depresso, a Pharisæo aliquantum  
 remoto §. 17. oculos ne quidem ad cælum sustulisse,  
 hoc ipso animi ægritudinem & peccati conscientiam  
 significans §. 18. quod ipsum etiam declarabat pe-  
 catoris percussione, quam veteres in summo luctu ad-  
 hibebant §. 19. verba  $\iota\lambda\alpha\theta\eta\eta\mu\iota\ \tau\omega\ \alpha\iota\mu\alpha\rho\tau\omega\lambda\omega$   
 involvere non solum humillimam peccatorum con-  
 fessionem, verum etiam fiduciam in gratia divina re-  
 positam §. 20. verborum  $\kappa\alpha\tau\epsilon\beta\eta\ \epsilon\tau\epsilon\ \delta\epsilon\delta\iota\kappa\alpha\iota\omega\mu\epsilon\upsilon$ ,  
 $\eta\ \epsilon\kappa\eta\upsilon$  hunc esse sensum, publicanum  
 non vero Pharisæum justificatum abiisse §. 21. evol-  
 vitur proverbialis locutio, qui se ipsum extollit hu-  
 miliabitur, qui autem se ipsum humiliat extolletur  
 §. 22.

**P**ericopam hanc, quam meditationi nostræ subjecimus, esse parabolam, ex v. 9. adparet: *ειπε δε την παραβολην ταυτην.* Argumentum illius Christus desumpsit ex re, quæ forte contigerat, saltim ex indole Pharisæorum, eorundemque, quo publicanos prosequerentur odio, evenisse poterat. Cum enim Pharisæi propriæ justitiæ ex perfectio legis obsequio resultantis opinione turgent; e contrario vero populum omnem, qui vitam ad leges hujus sectæ minus componebat, spernerent ac nunci haberent, nemo mirabitur, si quidem evenerit, Pharisæum pariter atque publicanum uno eodemque tempore fuisse preces, hunc illi fuisse contemptui, eo maxime quod hominum genus nullum Judæis magis fuit invisum, quam quidē publicanorum. Videtur autem mihi, parabolam hanc a Christo efformatam esse ad exemplum sacrificii Caini & Habelis Gen. IV:3-5. Qui enim hoc illi animo paulum attentiore componet, rationibus subductis perspiciet illico, inter sacrificium hoc, ejusdemque eventum, & præsentem parabolam maximam intercedere adfinitatem. Cainus vera fide destitutus, externis donariis Deum sibi conciliare satagens, emblemata & typus esse potest quorumvis hypocritarum, qui, pietate ac interna sanctimonia cassi, exter-

ternis operibus delectantur. Pari ratione Phariseus hic tantis verborum ampullis opera externa virtutum & religionis in precibus suis coram Deo jactitat, in iisdem fiduciam omnem ac justitiæ suæ argumentum reponens. Habel e contrario sacrificio cruento fidem in futurum mundi sospitatore testatus, peccatorum suorum confessione edita, salutem a futuro ejusdem sacrificio unice expectavit ac spe non fallaci præcepit. Sic pariter publicanus hic peccatorum mole pressus, ad gratiam atque misericordiam divinam in Christo manifestatam confugit; norat quippe contritos corde ac humiles propitium numen exaudire. Convenit pariter utriusque actionis exitus. Cain spe sua prorsus excidit, nec donariis suis gratiam sanctissimi numinis inire potuit. Habeli vero Deus igne *ερανοπετη* testimonium indubium perhibuit, sacrificium ejus sibi minus displicere Ebr. XI: 4. Preces Pharisei Deo fuerunt abominationi, sed publicani acceptæ, *adscendit enim hic in domum suam justificatus.*

§. 2. *Occasio* illius hæc erat, Christus sive tanquam cordium scrutator, sive etiam ex externis actionibus superbiam quorundam perspexerat, existimantium, se quia legis atque magistrorum præcepta curate sectabantur, aliis justiores esse, eamque ob causam eos, qui non ita solícite omnia illa observabant, contemnebant v. 9. Quas impotentis  
ani-

animi offucias tamquam typum spiritualis superbiæ, quæ ecclesiam Dei futuris temporibus non parum labefactaret ac perturbaret, optimus Servator sapientissime notat & perstringit. Cum autem superbia ista nusquam clarius, quam quidem in pharisæis, quibus publicani erant despicatissimi, animadvertetur, Christus ab his argumentum sermonis sui mutuari voluit.

§. 3. *Argumentum* igitur est, Pharisæum atque publicanum precandi ergo templum adisse, quorum ille merita sua atque bona opera in precibus coram Deo exponit, certa fiducia suffultus, has preces suas exauditum iri. Quare etiam publicanum, remotius stantem, spernit & virtutes atque merita sua recensendo, se illi longe præfert. Publicanus vero peccatorum suorum conscientia pressus, demisso atque humili animo peccatorum remissionem serio precatus, testimonio impetratæ gratiæ lætus ac tranquillitate conscientiæ circumvallatus discessit. *Scopus* superbiam atque elationem animi externis virtutum operibus innixam, in negotio religionis redarguere.

§. 4. Ut autem B. L. uno quasi obtutu integram totius parabolæ ὑπὸ πωσιν, oculis suis subjicere possit, en œconomiam illius. Occurrunt in hac ipsa parabola

(\*) *Occasio*, quam subministrarunt homines sibi ipsis fidentes v. 9.

(2) *Scopus*, redarguere superbiam propriæ virtutu-

tutis ac justitiæ operibus subnixam v. 9. 14.

(1) *Parabola ipsa* v. 10. 13.

In qua notari meretur *duplex subjectum*, quorum quodque suis peculiaribus characteribus est insignitum, & quidem

(a) *Pharisæus* precandi ergo ad templum contendens v. 10.

In cuius precibus observandus

(a) *Externus corporis habitus*, quæ est *statio* v. 11.

(b) *Remotio a publicano* v. 11.

Preces ipsæ constituunt *gratiarum actionem*, cujus rationes sunt petitiæ partim ab officiis *legis moralis*, partim ab exercitio *legis ceremonialis*.

Prioris generis involvunt

(1) *Propria sanctitatis opinionem*, se non esse ut reliquos homines v. 11.

(2) *Contemptum proximi*, non esse ut hunc publicanum v. 11.

Posterioris generis constituunt:

(a) *Jejunia*

(b) *decimæ* v. 12.

(β) *Publicanus*, in cuius precibus pariter notantur:

(a) *Habitus externus*, qui est

(1) *remotio a Pharisæo & statio in loco depresso*.

(2) *animi modestia*, non audebat oculos elevare ad celos.

(3)

(3) *percussio pectoris, summæ tristitiæ  
indiciū v. 13.*

(7) *Consequens utriusque actionis, pro ratione  
personarum diversum*

(α) *publicanus justificabatur*

(β) *phariseus non item v. 14.*

*Ratio consequentis petita a providentia di-  
vina in administratione hujus universi  
& ecclesiæ conspicua, qua superbos de-  
primit, humiles vero extollit. v. 14.*

§. 5. Ut autem in explicatione hujus para-  
bolæ justo ordine progrediamur, necessum  
erit omnino, ut personas, de quibus sermo  
instituitur, nobis familiares reddamus, qui-  
bus cognitis, de utriusque actionibus exactius  
judicare licebit. Fuit autem horum homi-  
num alter *Phariseus*, *publicanus* alter. Equi-  
dem a viris eruditissimis & origo vocis & vitæ  
genus satis studiose jamdum est evolutum, ut  
multa de illis differendo post Homerum Iliada  
scribere videri queamus, nec volupe est illo-  
rum scrinia compilare, tantum ea, quæ nota-  
tu maxime sunt digna adducamus. Quod ori-  
ginem vocis spectat, in obscuro non est, eam  
a voce Ebræa פֶּרִישׁ non tamen eodem ab  
omnibus sensu, derivari. Sunt qui natales il-  
lius repetunt a פֶּרִישׁ *explicare, interpretari*, qua-  
si hac ipsa denominatione significarentur ho-  
mines, qui egregia doctrina ac legum peritia  
instructi, libros divinos interpretarentur.  
Cui sententiæ prælusisse, si non omnino ori-  
gi.

ginem dedisse mihi videtur *Josephus Gorionides*,  
 qui memorabilem pericopam præstantissimi  
 Judæorum historici *Flavii Josephi antiqu. L.*  
*XIII. c. XVIII.* interpolavit, quam erudit: *Dru-*  
*sius* in suo de *Hasidæis* versione latina non solum  
 donavit, verum etiam ex parte eruditis notis  
 adsperfit. Ubi nominis rationem redditurus  
 inter alia sic inquit, **ישב המלך על דשולחן**  
**עם חכמי ישראל והמה הפרושים המפרשים**  
**את התורה** *Rex (Hyrcanus) adsidebat mense*  
*cum sapientibus Israëlitarum, qui ipsi erant PHA-*  
*RISAEI, LEGIS INTERPRETES. Quæ ul-*  
*tima verba ε'ξημεσεως ergo subjungit. Equi-*  
*dem non negamus, Phariseos, ob insignem,*  
*qua passim celebrantur, rerum divinarum no-*  
*titiam plerumque docendi muneri admotos*  
*fuisse; sed non omnes scripturarum interpre-*  
*tes erant Pharisei, ex aliis etiam Judæorum*  
*sectis, vel, qui nulli apud illos hæresi addicti*  
*erant, ad id officium adlegebantur. Adhæc*  
*verbum פרוש in conjugatione prima (unde*  
*hæc forma deducta foret) semel tantum sen-*  
*su interpretandi ac explicandi in scripturis divinis*  
*occurrit Lev. XXIV: 12. cujus verba לפרש*  
*להם Græcus interpret per το Αλεγειναι αυτων,*  
*Chaldæus ער דיתפרש להון convertunt. Fre-*  
*quentior illius, potissimum in Rabbinorum*  
*scriptis, in conjugatione tertia est usus. Sed*  
*tum non המפרשים, verum פרוש dicen-*  
*di. Præterea forma פרוש apud Chaldæos*  
 Class. VII. Fasc. III. Ec juxta

juxta ac Syros non *activam*, verum *passivam* obtinet significationem, quare Chaldaei & Syri efferunt פרישין (quamquam interea non negamus, apud Aramæos exempla formæ Pehil prostare, quæ *activam* significationem habeant.) Denique fæminarum Pharisæarum apud Magistros mentio injicitur, constat autem foeminis docendi munus, potissimum *ordinarium*, ex synagogæ usu interdictum fuisse, quam consuetudinem imitatus Paullus pronuntiat: αἱ γυναῖκες ὑμῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις σιωποῦσαν—ἀλάστον γὰρ ἐστὶν γυναῖξιν ἐν ἐκκλησίαις λαλεῖν. I. Cor. XIV: 34. 35.

§. 6. Quare nulli quidem dubitamus, quin nomen hoc ab eodem illo verbo sed sensu separandi ac segregandi (aliam illius vocis acceptionem perstringit *Camero*) descendat, quo sensu in scriptura Ezech. XXXIV. 12. frequentissime in Chaldaicis interpretationibus ac magistrorum scriptis occurrit. Sic verba Mosis פרישא דאחיהו Onkelosus reddit שׁוֹבֵדל i. e. ut *Jarchius* recte interpretatur: שׁוֹבֵדל אחיהו qui a fratribus suis est separatus. Quæ sententia non parum roboris ex Judæorum consensu accipit & cum ipsorum vitæ genere adprime convenit. Sic *Baal Aruch Lightfooto* laudatus: פרוש הוא שפירש עצמו מכל טומאה וּמִן מֵאֵל טֹמֵא וְעַם הָאָרֶץ שֵׂאִיבוּ מִדְּקָדֵק בטאכל *Phariseus* est, qui se ipsum separat ab omni immunditia & a cibo impuro & populo terræ, qui non est accuratus in cibo. Hinc פרוש Græcis opti-

optime verti potest ἀφωρισμένῳ, qua eadem voce apostolus cum respectu ad antecedentem vitæ statum utitur, de seipso testans ἀφωρισμένῳ εἰς εὐαγγέλιον 18 Θεσ Rom. I:1. Quod cum ante proprio motu se ipsum separasset a reliquo hominum genere ad certum vitæ institutum, nunc vocatione divina segregatus esset, ad ipsum verbi divini ministerium. Namque Pharisei a reliqua populi turba legis divinæ ac traditionum non æque perita, nec in earundem observatione adeo accurata, & vitæ genere, & vestimentis se separabant. Cui sententiæ firmandæ *Buxtorfius, Drusius, Camero* verba *Kimchii* ad Zeph. I. 8. a *Ben Melech* pariter repetita huc adducunt: ויש מפרשים אנשים שמראים עצמם פרושים וחסידים ולובשים מלבוש נכרי שלא כשיאר העם כדי שיכירום במלבושיהם שהם פרושים ודרכיהם רעים *Sunt qui interpretantur de hominibus, qui sibi ipsis videntur esse SEPARATI* חסידים *SANCTI* & se induunt vestimento peregrino, a reliqui populi vestimentis distincto, ut adgnoscant illos in vestimentis suis, quod sint SEPARATI פרושים, quorum tamen vite sunt male. Equidem fateor plurima sunt, quæ in hac interpretatione *Kimchiana* urgere videntur, sermonem heic esse de Phariseis; sed vero ut, quod res est, dicam, ultima hujus ἐξηγησεως verba, sensum hunc mihi dubium reddunt. Viæ enim illæ malæ, quarum magister mentionem facit, vel sunt intelli-

gendæ de ipsorum doctrina, (quam tamen illi, qui δευτερωσις πατροσ δαδδδς sectantur, observant) vel de ipsorum operibus, quæ, saltim prudentiorum ex Phariseis, an umquam fuerint a Judæorum doctoribus improbata, me hæctenus latet. Judæi certe hodierni, eorundemque magistri Karæis contra distincti, Phariseorum institutum imitantur, eorundemque vestigia legunt. Nec id demum a patrum autavorum nostrorum memoria est repetendum, sed jamdum inde ab antiquissimis temporibus usu invaluit, quibus Phariseorum disciplina omnem Judæorum cultum pervasit. Quod testimonio Josephi liquidum evadit: δι' αὐτῶν, inquit, τοῖς δεδημοῖς πιδανστατοῖ τυγαυασι καὶ ὁποσα θεα εὐχαυ τε καὶ ἱερῶν πιηστωσ ἐξηγῆσαι τη σκειων τυγαυασι πρασσόμενα. Per hæc placita magnam sibi auctoritatem paraverunt apud populum. Quidquid ad solemnes preces ac cultum divinum attinet, juxta horum interpretationem ac præscriptum solet fieri, antiquit: L. XVII. c. 2. Quare, meo quidem judicio, פרושים & חסידים hic non tam designant Phariseos, sed generatim illos homines, qui certo vitæ ac vestimentorum genere, sanctimonix opinione inflati, a reliqua Judæorum turba se separabant, quorum tamen vitæ ratio re ipsa prava erat ac perversa. Ceterum negare non licet, Phariseos etiam externo habitu a reliqua Judæorum turba se exemisse, quod non obscure ex Matth. XXIII. 5. colligere licet:

hi non vel ipsi secundum Epiphani traditionem  
 γυναῖκες ἱματίοις mulieribus palliis, quod  
 Spencero probari videtur L. II. c. XVII. Sect. I.  
 p. m. 373. fuerint usi. Quod si verum est,  
 minus intercedo, quo, iudice Sculteto Exerc.  
 Evang. l. I: c. XXV. mortalium stultissimi habe-  
 antur.

§. 7. Sed e diverticulo in viam redeamus.  
 E superioribus constat, Phariseos a separa-  
 tione dictos esse quoniam se reliquo populo  
 eximebant, quem tamquam profanum abo-  
 minabantur. Quod ita esse non solum ex  
 magistrorum traditionibus liquet, verum et-  
 iam scriptores sacri dilucide testantur Matth.  
 IX: 11. coll. Marc. II: 16. Luc. VII: 39. XV:  
 2. Jo. VII: 49. Sed tamen probe disquiren-  
 dum est, num hoc nomine primitus fuerint  
 insigniti, an vero illud ipsum cum temporis  
 successu ipsis fuerit inditum. Ab improbo-  
 rum consortio ita abstinere, ne illorum fa-  
 cinoribus ad foedam peccatorum turpitudi-  
 nem abripiamur, probum est atque pium,  
 illos vero negligere ac detestari, nulla in  
 ipsis emendandis cura adhibita, injurium.  
 Phariseorum ortus haut dubie ab illo tempo-  
 re arcessendus, quo res Judæorum non pa-  
 rum collapsæ, debilitatæque, & plures sæ-  
 viente Antiocho Epiphane ad profanorum  
 Deorum cultum deflexerunt, quibus immisceri  
 religioni sibi duxerunt. Sed vero hic animi  
 adfectus & ardor in ipsis paullatim deferbuit,

ac luxata morum disciplina, pietatisque exercitio in externorum rituum observationem commutato, etiam ab illis se sejunxerunt, qui traditionum ac rituum ab ipsis præscriptorum non ita observantes erant. Adhæc Pharisæi auram popularem quam maxime captabant, quippe teste *Josepho* ant: L. XIII. c. XVIII. *τοσαυτην ἔχουσι τὴν ἰσχυρὴν, παρὰ τῷ πληθει, ὡς καὶ κατὰ βασιλεως π λεγοντες καὶ κατὰ ἀρχιερεως, ἐυθυσ πισευεδυ. tanta pollent potentia apud populum, ut, quamvis adversus regem & pontificem aliquid dicant, tamen fides ipsis habeatur. Quod non ignorans Alexander Alexandræ conjugii persuasit, ut Pharisæis, quos sibi inimicos reddiderat, reconciliaretur, sic fore, ut se mortuo tranquillum imperium possideret, caussatus: ipsos δυναδυ πολυ παρὰ τοις Ἰουδαιοις, βλαψαι τε μισωντας, καὶ φιλεω διακειμενωσ ὠφελησαι. μαλιστα γαρ πισευεδυ παρὰ τῷ πληθει περι ὧν ἀν καὶ φθονωντες, π χαλεπον λεγουσιν posse plurimum apud Judæos, sive exosum aliquem cupiant lædere, sive amicum juvare. Maxime enim vulgus his fidem habere, etiamsi per invidiam de quopiam male loquantur. C. XXIII. Quod si ita est, dubitaverim admodum, homines istos eo stultitiæ esse prolapsos, ut inviso hoc nomine voluerint illos a se animo abalienare, quos tamen cupiebant sibi conjunctissimos. Ecquisnam amoris sui adeo est prodigus, ut illum benevolentia & adfectu prosequatur, a quo se data opera negligi ac*

con.

contemni animadvertit? Quare existimem, nomen hoc ipsis primitus inditum fuisse a vulgo, ab ipsorum instituto alieno, ad invidiam conflandam, quod tamen moribus eorundem corruptis, cum ipsorum vitæ ratione apprime convenit.

§. 8. Cognito jam Phariseo operæ erit pretium, publicanum pernosse. Publicani *τελωναι* a *τελω* *vedigali* sive *administrando* sive *exigendo* sunt dicti. Qui quo honoris gradu apud Romanos fuerint, fusius demonstrat *Waserus* in *de antiqu. num. Ebr. I: 1. c. XVII. I.* sc. primæ ac præcipuæ inter homines equestris ordinis fuere dignitatis, qui sive ipsi, sive per alios hoc munere defungebantur. Quod vel unico illo *Ciceronis* testimonio constare potest, *florem equitum Romanorum, inquit, ornamentum civitatis, Firmamentum reipubl. publicanorum ordine contineri, quos ipsos etiam Orat. pro lege Manil. c. VII. homines & honestissimos & ornatissimos* adpellat. Sed vero, quæ est hominum *φιλαργυρία & πλεονεξία*, cum minus ita sint abstinentes, si rebus pecuniariis præficiuntur, quin ultra debitum aliquid exigant, cum successu temporis factum est, ut auctoritas hujus ordinis apud Romanos admodum fuerit imminuta. Potissimum quando vel sordidissimis hominibus hoc officiorum genus certa pecuniæ summa accepta elocaverunt, qui lucro inhiantes gravibus exactionibus cives expilaverunt.

Tantum autem abfuit, ut apud Judæos ullo honoris gradu fuerint, ut potius *ευβουλα* & propudia reipubl. vel gravissimis peccatoribus compositi, ac omnium odio fuerit expositi. Quo stigmatē in ipsa historia evangelica passim inuruntur Matth. V: 47. IX: 10. 11. XVIII: 17. XXI: 31. 32. Luc. XV: 1. 2. Neque ad magisterii dignitatem, nec ad ullum honoris gradum, neque ad testimonium in judiciis dicendum, admittebantur, imo ethnicis similes habebantur. Equidem, quod *Tertulliano* visum est, gentiles vera fuisse, fidem non meretur; contrarium enim exemplis præsentis publicani, qui pecuniam fundendarum ergo templum adiit, Matthæi atque Zachæi e teloniis suis ad fidem in Christum evocatorum luculenter admodum probari potest. Fuere, quod externam religionis professionem spectat, Judæi, quamquam omnino inficiari non possit, nonnunquam in provinciis etiam ab equitibus Romanis rem pecuniariam administratam fuisse. Odii, quo Judæi in illos flagrabant, non una causa fuit. Republica Judaica a Cn. Pompejo subacta & postea imperante Augusto in provinciæ formam redacta, constituti sunt, qui rem pecuniariam administrarent. A quibus hanc potentiam quidam Judæorum certa pecuniæ summa redemerunt, qui tribules suos variis exactiōibus postea exagitaverunt; quare Joannes ab ipsis interrogatus, quid sibi factu

factu opus esset, prudenter admodum respondit: μηδεν πλεον παρα το διατεταγμενον υμιν πρασσειτε Luc.III:13. Quare internecinum fratrum odium in se concitaverunt. Judæis libertatis suetis invisa semper fuit aliena dominatio; quando igitur a popularibus suis expilabantur, hi in Romanorum societatem ad se opprimendos devenisse existimabantur. Grave est ac molestum a peregrino premi, sed gravius longe a populari, cive, imo fratre, a quo jure consanguinitatis & amicitiae bona quæque expectare licet, adfligi.

§. 9. Hi igitur quos jam descripsimus, *ascenderunt in templum*, quippe enim referente Luca: ανθρωποι δυο ανεβησαν εις το ιερον. Commodissime illud interpretari possumus de *sacrorum communione*, nam cuicumque jus est adire templum, is eo ipso proficitur, se communia sacra, quæ in illo secundum legem peraguntur, cum aliis sectari. Hinc is, cui illud graviorum peccatorum causa denegatur, απουναγωγⲉ dicitur, *synagoga solenni excommunicationis formula exclusus*, quod *Jagelius* Catech. Jud. p. m. 6. explicat ⲛⲟⲩ ⲛⲟⲩⲛⲟⲩ Quo facto non licebat ipsi cum aliis communes preces fundere, nec dignus censebatur, qui cum illis sacris interesset. Quod ipsum clarius adparet ex ritu, quo Samaritani a Judæis templo atque sacris exclusi fuisse dicuntur, quem *Abarbanet* in II. Reg. XVII: 34. 35. sol. 292. Col. 4. ex *Tanchuma* explicat:

מה עשו עזרא וזרובבל ויהושוע בן זדוק קבצו  
 כל קהל אל היכלה והביאו שלוש מאות ספרי  
 תורה בידם והיו תוקעים והלויים משוררים  
 ומזמרים ונדו והחרימו את הכותיים בשם  
 המפורש הנכתב על הלוחות ובחרם בית דין  
 התחתון ובחרם בית דין העליון שלא יאכל  
 אדם מישראל כת כותי כזכו אולל פשר חזיר  
 ואל נ"ר אדם מישראל כותי ואל יהא להם חלק  
 בתחיית המתים וחלק ונחלה בישראל ושלחו  
 את החרם אצל ישראל שכבבל והם הוסיפו

*Quid fecerunt Esra, Seru-  
 babel & Josua filius Zadok? convocarunt in templo  
 Dei omnem cœtum & introduxerunt trecentos tibi-  
 cines, qui trecentos libros legis manibus suis tene-  
 bant & Levitæ buccinis elangebant, canebant, psal-  
 lebantque & excommunicabant atque diris omni-  
 bus devovebant Cuthæos in nomine Dei sanctissimo,  
 quod scriptum erat in tabulis. Et execrationis for-  
 mula concepta fuit a synedrio inferiore & superiores  
 bis verbis: ne quis ex Israële cibum Cuthæi comederet,  
 (x) si quis enim id faceret, perinde esset, ac si car-  
 nem suillam comederet. Et ne quis Israëlitarum  
 ad Cuthæum diverteret & ne sit ipsis pars in resur-  
 rectione mortuorum & portio atque possessio in  
 Israële. Et miserunt execrationis formulam ad Is-  
 raëlitas, qui in Babylone peregrinabantur, iidemq; illi  
 execrationem execrationi addiderunt. Hactenus  
 ille. Quæ portio sive possessio, quæ ipsis negatur  
 inter Israelitas, sine dubio intelligenda de pos-  
 sessio.*

(x) Inde lucem fcenerantur verba mulieris Samarita-  
 næ Io. IV. 9.

sessione communium ipsi etenim Samaritani  
 jam sedes suas a multis retro annis confirma-  
 verant in illis terris, quas rex Assar Haddon  
 ipsis adsignaverat. Quare cum post redi-  
 tum Israëlitarum ex captivitate Babylonica  
 Samaritani communia cum Judæis sacra se-  
 ctari contenderent, cum iisdemque templum  
 una ædificare, in quo animis conjunctis sa-  
 cris operarentur, ipsi judicio Serubabelis &  
 procerum gentis Judææ repulsam tulerunt  
 Efr. IV: 2. Hunc autem sensum verbis his  
 subesse patet ex illustribus vaticiniis Jes. II: 2.  
 Zach. XIV: 16. Constat inter interpretes, in  
 utroque loco agi de *gentibus ad communionem  
 ecclesie sub O. N. adducendis*, quod quam vere  
 factum sit omnis loquitur historia. Ipsas  
 autem sedibus suis emotas Hierosolymam pe-  
 tiisse, minus constat; quia id ipsum nulla ra-  
 tione fieri potuisse, facile reperiet, qui se-  
 cum reputabit, gentes per totum terrarum  
 orbem longe lateque dispersas ac diffusas,  
 tantis locorum spatiis sejunctas, urbem san-  
 ctam, quæ sub ipsis N. O. primordiis diruta  
 est, adire non potuisse. Quare nulli dubi-  
 tamus, quin per adscensum illum *communio  
 sacrorum, quibus gentes antea interdicebantur*, sit  
 intelligenda, eo sensu, ut gentes eadem po-  
 testate atque jure, quo Abrahamidæ, ea-  
 dem doctrina, sacramentis; ritibus, privi-  
 legiis atque beneficiis tranquillæ & securæ  
 frui possent. Dicuntur autem hi duo *adscen-  
 disse,*

disse, eo quod qui templum monti Moria omnibus aliis eminentiori inaedificatum adibat, ex loco inferiori ad superiorem pergere necesse habebat. In ipsum autem templum penetrasse, nemo facile dixerit, cum sua quibuscunque atria, ampla satis, pro diverso sanctitatis gradu adsignata essent. Non igitur dubium est, quin Phariseus in atrio Israelitarum substiterit, an vero publicano eo usque pergere licuerit, non liquet. Vero autem est simile, quæ conjectura est *Grotii*, Phariseum procul a publicano tamquam impuro stetisse, eo quod tum temporis moris fuerit inter Judæos, ut publicani atrium gentilium occuparent. Quod ipsum etiam ex historia evangelica non obscure liquet, publicanos eodem ordine, quo gentiles, habitos fuisse. Verum sit ita, hoc tamen hypothese superius explicata minus obest. Res non ex animo atque adfectu, quo tum temporis Pharisei publicanos prosequabantur, quam quidem ex jure atque potestate disceptanda est. Expilaverint Judæos publicani exactioibus injustis atque vectigalibus, non tamen idcirco jure suo excidebant, quamdiu sacris exclusi non erant. Erant quippe Abrahamo sacri, quam ob rem quod ad externam cultus professionem, eadem sacra cum Judæis reliquis sectari poterant: quemadmodum profanus atque perditus Israelita jure suo minus excidebat, T. C. quod commune omnibus bonum

num erat sub O. V. possidendi. Quamvis autem templum ipsum, quod nefas erat, non sint ingressi, dicuntur tamen eis *το ιερον* ascendisse, eo quod id omne spatium, quod templo proxime adjacebat, *ιερον* adpellabatur. Vid. Matth. XXI: 12. Constat autem pecudes sacrificiis destinatas & siclos, quibus victimæ redimebantur, vel qui pro Israëlitis solvebantur, in atriis templo proxime adjacentibus commutari solitos fuisse.

§. 10. Adscenderunt autem in templum precandi ergo, eo quod qui preces suas fundere contendit, Deum ipsum præsentem alloquitur, quem novit omnium suarum necessitatum optime esse conscius; jam autem tum temporis adhuc censebatur Deus templo præsens adesse, cujus symbolum externum operculo arcæ quondam incubuerat. Quare qui Deo præsentem preces suas commendatas volebat, hunc templum adire oportebat. Vide Jo. IV: 21. Quamquam enim templo nondum exstructo, cuique integrum erat, preces suas fundere, ubicunque lubitum esset; tamen templo jamjam constituto, tamquam ordinariæ sacræ sedi adligabantur, saltim precans faciem suam templo obvertere tenebatur I. Reg. VIII: 38. 39. Dan. VI: 10. Matth. XXI: 13.

§. 11. Proximum jam est ut & habitum & preces utriusque consideremus. Pharisæi gestus, quibus se ad precandum componebat,  
ita

ita exprimit Lucas : καθεὶς πρὸς ἑαυτὸν ταῦτα προσηύχητο. Cl. de Dieu Ill. Grotium secutus (y) verba πρὸς ἑαυτὸν non refert ad καθεὶς, sed ad προσηύχητο, præterea nixus auctoritate quorundam scripturæ locorum verba πρὸς ἑαυτὸν non reddit seorsim vel separatim, sed potius apud se ipsum, vel in se ipso. Quare verbis evangelistæ hunc aptat sensum : Phariseus ille stabat apud se, i. e. totus in se ipsum versus, sibi ipsitantum intentus & nihil nisi se ipsum spectans. Verum de quo dubitat vir doctissimus, an voces καθ' ἑαυτὸν & πρὸς ἑαυτὸν idem significant, nescio num solida sublit ratio; nam quod Vigerus (z) bene monet, voces καθ' ἑαυτὸν, ἐφ' ἑαυτὸν & πρὸς ἑαυτὸν eundem sensum fundunt. Verba autem καθ' ἑαυτὸν (quæ lectio etiam in nonnullis codicibus occurrit) & apud scriptores profanos & Alexandrinū interpretem sensu illo occurrere, a viris doctis satis superque est probatum. (a) Præterea interpretatio ista Phariseorum institutis non omnino convenit, namque illi cultui interno non ita erant intenti, ut, rebus externis missis ac neglectis, intra se ac mentis suæ penetralia recesserint, numenque supremum solo spiritu adoraverint. Adversatur huic sane disertum Christi testimonium, omnia opera, inquit, faciunt, ut videantur ab hominibus Matth. XXIII:5.

seqq.

(y) Hanc ipsam sententiam defendunt Pricæus & Boisius ad h. l.

(z) De idiot. Gr. lingu. Cap. IX. Sect. V. §. 4. p. 453. edit. Lugd.

(a) Vid. Camero & Jac Capellus ad h. l.

seqq. Denique hunc hominem non ita sibi  
 intentum fuisse, ut non simul ea, quæ extra  
 se gerebantur, spectaverit, luculenter inde  
 adparet, quod publicanum a se aliquantulum  
 remotum, non solum animadvertit, verum  
 etiam ipsius actiones acriter perstrinxit. Qui-  
 bus rationibus permoti, verba ita converti-  
 mus, *stans seorsim ita precabatur*, quem sen-  
 sum optime expressit Syrus *⚔ Phariseus ille*  
*stabat* ⚔ *seorsim* ⚔ *hec*  
*precabatur*. Namque Pharisei sanctita-  
 tis ac justitiæ opinione inflati gentilibus ac  
 profanis peccatoribus non facile immisce-  
 bantur, ne quid impuri ex illorum commer-  
 cio contraherent; quare mirandum non est,  
 si Phariseus seorsim steterit, ne quid cum  
 publicano impuro peccatore commune ha-  
 bere videretur.

§. 12. Hæc ad *⚔* dicta sufficiant. Sen-  
 sum quod spectat, magistri observant, ne-  
 mini integrum fuisse in templo sedere; quam-  
 obrem *Maimonides* Tephilla ubi c. Cohan-  
 nim c. V. tradit: *אין מתפלל אלא מעומד* *ne-*  
*mo rite nisi stans precatur*. Inter proprietates  
 sacerdotis, sacris legitime functuri, cense-  
 batur illud, *ne intra sacra consideret*. *Maim: Biath*  
*Hammikd: c IX. nam* *אין עבודה אלא מעומד*  
*שנאמר לעמוד לשרת וכל העובד והוא יושב חלל*  
*ועבודתו פסולה* *cultus non nisi stando peragi debet,*  
*quemadmodum dicitur* *⚔ stet ad ministrandum*  
*Deut. XVIII: 5. & quisquis sedens cultui divino*  
*vacat*

*vacat profanus est* Ⲅ *cultus ipsius profanus.*  
 Quem in finem etiam magistri tradunt, tem-  
 plo adfuisse viros stationarios אנשי המעמד inde  
 a prophetarum temporibus repetendos. Cum  
 enim illi, qui in templo Hierosolymitano sacra  
 parare volebant, locorum intervallo disjuncti,  
 adesse non possent, minus a toto populo in  
 sacrificiis jugibus fieri posset, delecti sunt,  
 qui horum vicem supplerent. Horum erat,  
 pecudi maectandæ manus imponere, pecca-  
 ta confiteri ac alia munia sacra illorum loco  
 obire, quorum personas sistebant, in vigin-  
 ti quatuor ordines divisi. Ut autem aliæ di-  
 vini cultus partes, quæ maxime ritus ac le-  
 gem in placitis spectabant, stando perage-  
 bantur, sic multo magis excellentior illius  
 pars nempe precum oblatio stando peragen-  
 da, justam numinis venerationem ac precan-  
 tis humilitatem testabatur. Hinc est quod  
 verbum hoc עמד nonnunquam per *precari* ab  
 antiquis interpretibus convertatur, sic On-  
 kelosus verba Mosis Gen. XIX: 27. ita transfert:  
 ואקום אברהם בצפרא לאתרא דמשמש חמן  
 בצלו קום *properavit Abraham mane ad locum*  
*illum, ut ibi ministraret precibus coram Deo*  
 Conf. Gen. XVII: 22. Nec injuria, nam-  
 que hic ritus ab antiquissimis retro tempori-  
 bus a piis probisque Israelitarum sedulo est  
 observatus, quod constat ex II. Paral. VII. 6.  
 XX: 13. Jes. XLIX: 7. Eo autem habitus  
 orantis clarissime indicatur, namque *primo*  
*stare*

stare dicuntur illi, qui coram viro illustri ac dignitate maxime conspicuo verba sunt facturi Esth. VIII: 4. Sunt autem preces nostræ nihil nisi sermo quidam, quem cum summo Deo miscemus Ps. CIV: 34. Cui domino ac regi totius universi cum res quævis creatæ adsurgant; quidni etiam illi, qui sive gratiam illius expetunt, sive mala deprecantur, sive denique pro acceptis beneficiis gratias persolvunt, hoc honoris genus exhibeant. Secundo stare illorum est, qui ministrant Ez. VIII: 11. Zach. III: 1. coll. Deut. X: 8. In precibus sane edimus confessionem humillimæ servitutis, qua Deo creatori ac redemptori nostro sumus constricti, confitemur, nos nihil quidquam quod ad vitam hanc præsentem, sive vitam spiritualem pertineat, ex nobis ipsis habere, ipsum esse largissimum rerum suarum diribitorem. Quando igitur Pharisæus ille stetit, modeste quidem ac humiliter se composuit, ut cum Deo colloqueretur, cui peccata sua debuisset confiteri, illiusque gratiam exorare, ac se servum humilimum illi addicere. Debuisset fateri, non amplius se peccato & carnis concupiscentiis operaturum, sed unice Deo ejusque gloriæ serviturum.

§. 13. Sed vero an Pharisæi preces ita fuerint comparatæ, mox adparebit. Illæ commodissime in duo membra dispesci possunt, quorum prius digitum intendit in illorum operum observationem, quæ lex cordi in-

scripta ab homine postulat, posterius rituum  
 externorum exercitium respicit. Has autem  
 minus intelligemus, nisi in Pharisaorum do-  
 ctrinam de gratia divina auxiliatrice, eorun-  
 demque vitæ institutum curatius inquirive-  
 rimus. Quod igitur primum attinet, lucu-  
 lenter oppido constat, Pharisaeos non omne  
 omnino gratiæ divinæ auxilium exclusisse,  
 quædam viribus propriis ac libero arbitrio  
 adscripserunt, quædam auxilio divino reli-  
 querunt. Ita *Josephus* illorum sententiam ex-  
 ponit: *πῶς καὶ ἅπαντα τῆς εἰμαρμένης εἶναι λε-  
 γασιν ἔργον πῶς δὲ ἐφ' ἑαυτοῖς ὑπάρχειν συμβαίνει  
 τε καὶ ἔγινεθαι* quædam non omnia fato adscri-  
 benda esse dicunt; quædam etiam in suo arbitrio  
 posita esse, ut fiant, vel non fiant, antiqu. L. XIII.  
 c. IX. Clarius de bell. Jud. L. II. c. VI. *εἰμαρ-  
 μένη τε καὶ Θεῷ προσκίττει πάντα. Καὶ τὸ μὲν  
 πρᾶττειν τὰ δίκαια, καὶ μὴ κατὰ τὸ πλεῖστον ἐπι τοῖς  
 ἀνθρώποις κινεῖσθαι, βοηθεῖν δὲ εἰς ἕκαστον τὴν εἰμαρ-  
 μένην, fato ac Deo tribuunt omnia* & quidem actio-  
 nem justî atque injusti in hominum potestate esse,  
 sed tamen ad unamquamque rem juvare fatum.  
 Quæ sententia inde procul dubio ortum tra-  
 xit, quod Deus legum & moralium & cæri-  
 monialium observationem, etiam sub spe  
 præmii, ab Israelitis requisivit, quibus ta-  
 men spiritum suum minus promisit, cujus  
 gratia debitum his obsequium præstare pos-  
 sent. Quare non minus antiqui isti Pharisaei,  
 quam recentiores etiam Judæorum magistri  
 hanc

hanc sententiam defendunt. Unus instar omnium sit doctissimus *Menasse Ben Israel*, qui adseverare nullus dubitat: *Deum disposuisse ita homines, ut salus ab eorum voluntate dependeat; nec adgnosere gratiam, nisi adjuvantem & ad hoc utilem, ut ubi HOMO COEPERIT, DEUS FINIAT.* Quare non nisi duos auxilii divini in homine gradus adgnoscit, primum, cum *Deus hominem, qui opus bonum ac pi-um orsus est, adjuvat, ipsique manum porrigit, ut inceptum absolvat.* Secundum, cum *Deus bonum opus facere volenti, plurimas occasiones offert de fragil. hum. P. II. §. 14.* Cum igitur ipsi tantum virium extra gratiam divinam humano arbitrio adscripserint, mirandum non est, salutem suam non misericordiae divinae acceptam tulisse, sed maxima ex parte meritis suis attribuisse. Quam ob rem *Pharisæus hic equidem gratias agit Deo, quod se gravissimis peccatis non commacularit, simul vero in eo gratiae suae argumentum collocat & se hac sua sanctimonia aliis præstare arbitratur.*

§. 14. Quod jam prius membrum precum *Pharisæi nostri spectat, his verbis continetur: εἰ μὴ ὡς περ εἰς λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, αἵρπαγες, αἰδικοί, μοιχοί, ἢ καὶ ὡς εἰς τὸν ὀτελωνητήν.* Locutio illa *ὡς περ εἰς λοιποὶ* non infrequens est in scripturis. Sic *Paulus εἰ γὰρ ἐσμεν, inquit, ὡς οἱ πολλοί II. Cor. II: 17. ἵνα μὴ λυπηθεὶ καὶ ὁ θεὸς λοιποὶ I. Thess. IV: 13.* Utantur autem scripto-

res sacri hac *ρησει*, quotiescunque res quasdam inter se componunt ac aliquam reliquorum numero eximunt. Proin Pharisæus se omnino reliquis hominibus, quos abjecto nomine *γάρησες* adpellabant, eximit. Causam hujus sui instituti mox subdit, quod sint homines *ἀρπαγες*, qui per injuriam ac violentiam aliis sua eripiunt Matth. VII: 15. quo sensu ab *ἀδικαίς* distinguuntur. Sunt enim, qui fictis causis innocentes opprimunt, quibus *μοιχοί*, adulteri junguntur. Licet autem ab his distinguat Pharisæus publicanum, istiusmodi tamen in reliquis vitia notat, quæ vel maxime in publicanis animadvertebantur. Fuisse enim illos homines, qui aliis tam vi aperta, quam variis fraudibus ac dolis suum eripuerint, ex historia evangelica satis constat; nec dubitandum, fuisse inter illos, qui voluptatibus carnalibus indulserint, quare *τελωναιοὶ καὶ αἱ πόρνοι* a Christo conjunguntur Matth. XXI: 31. 32. Pharisæus autem recensendo gravissimos peccatores, procul dubio respexit leges divinas, quibus hæc peccata excluduntur; non equidem quod ad internum & spirituale illarum ensum, sed secundum *το ἔξω*, quorum explicandi rationem Christus perstringit Matth. V. Quoniam igitur opus externum a lege vetitum non commisisset, quod tamen ab aliis fieri videbat, existimat se illis præstare. Sed vero ut, quod res est, di-

dicamus, stultitia ac iniquitas Pharisei ex precibus illis ubique elucet. Parum admodum ille gloriari habet, qui pessimis ac gravissimis peccatoribus præstat; ut enim sanctitatis, sic pariter peccati ejusdemque enormitatis sui sunt gradus. Qui non est sicut reliqui homines peccatores, non ilico est justus atque sanctus. Facile quidem ex iis, quæ ante dicta sunt, in precum sensum licet penetrare, alienum sc. se esse ab atrocibus illis criminibus, quibus alii se contaminarent. Sed vero annon æque graviter pravis ac perversis cogitationibus & item aliis peccatis, quæ sub his gravioribus comprehenduntur, peccasse poterat? Et quæ inhumanitas alios omnes gravissimis peccatis involvere, in eosdemque quasi vindictam divinam devocare, se vero integrum ac peccati expertem declarare. Iniquum denique est, his ab ipso publicanum illum accenseri, cujus in templo præsentia precandi ergo suspicionem movere poterat, ipsum jamdum conversum esse, saltim conversionis studio templum adiisse.

§. 15. Vidimus jam gloriationem Pharisei operibus, quæ lex moralis præscribit, innixam, sequitur ut etiam illam precum partem expendamus, quæ legem cærimoniam respicit. Hanc illis describit verbis: *ἤστειον διὰ τῆς σαββάτου*. Judæi præter sæta jejunia ex decreto sanctioris senatus alia subierunt, quotiescum-

que terram calamitas aliqua premebat. Sic si  
 pluvia opportuno tempore non demitteretur,  
 hostis terram adfligeret, pestis vel alia quæ-  
 dam contagio serperet, aut etiam alia infor-  
 tunia imminerent, synedrium jejunia decer-  
 nebat. Erat autem cum istis jejuniis ita com-  
 paratum, ut non omni omnino cibo abstine-  
 rent, excepto jejunio celebrando in die ex-  
 piationum solemnium, quo plane abstinere de-  
 bebant ab omni cibo atque rebus, quæ ad de-  
 lectationum, sive voluptatem facere poterant,  
 Joma e. VIII. m. i. אוכלין ושותין משחשיכה  
 ומותרין במלאכה וברחיצה ובסיכה ובנעילת  
 ובתשמיש מטה licitum erat ipsis edere &  
 bibere noctu, operari, se lavare, inungere, san-  
 dalia induere, concubituque lecti defungi. Taan. c.  
 I. §. 4. Poterant quippe nocte, quæ diem je-  
 junio destinatum sequebatur, libere edere ac  
 largiter bibere, quod liquet ex Glossa Maimo-  
 nidis: בכל מקום שאומר לך אוכלין משחשיכה  
 מותר לאכול עד שיעלה עמוד השחר אלא אם  
 ישן לפי שאין מותר לאכול ולשתות אחר שי-  
 ישן, בשום פנים באיזה תענית שהיה  
 dicitur, comedunt ex quo tenebrae oboriuntur, cen-  
 setur fas esse, edere usque ad ortum aurora, nisi so-  
 por gravis hominem invaserit; neque enim licitum  
 est, edere & bibere post soporem gravem ullo mo-  
 do, in quocumque id fuerit jejunio. Quod si ve-  
 ro calamitas atque infortunium adhuc levius  
 esset, adeo ut totum coetum jejuniis onerare  
 e re sua non fore arbitrarentur, delecti sunt  
 היחידים

ⲁⲓⲓⲓⲓ *viri sapientes* Taan. c. I. §. 5. qui iisdem nomine totius ecclesiæ fungebantur. Incipiebant vero jejunare inde a die hebdomadis secundo & quinto, quod liquet ex Taan. c. II. §. 9. אין גזרין תענית על הצבור בתחילה בחמישי שלא להפקיע השערים אלא שלא תעניות הראשונות שני וחמישי ושני ושלוש שניות חמישי שני וחמישי *eum jejunia primum indicunt seniores, initium eorum ad hebdomadis diem quintum non ponunt, ne pretia rerum ad victum necessariarum augerentur, sed tria jejunia prima sic celebrari jubent, ut initium capiant secundo die hebdomadis, jejunia secunda quinto, secundo & quinto hebdomadam diebus servanda mandant.* Existimamus igitur hunc Phariseum, quando bis septimana jejunavit, die secundo & quinto a cibo abstinuisse; an vero nomine totius cœtus jejuniis suis defunctus fuerit, num secus, non omnino liquet. Probabile vero est, illa proprio motu ac libera mentis suæ latione in se suscepisse; quod si enim populi vice obiisset, nulla videtur ratio, quare in iis materiam, sive argumentum justitiæ suæ in precibus ad Deum fuis fundare potuerit.

§. 16. A jejuniis ad decimas pergit: *Ἐποδείκται πάντα ὅσα κτώμαι.* Deum olim populo suo in emolumentum atque sustentationem sacerdotum decimas injunxisse ex legum tabulis elucet. Fuerunt autem illæ non unius generis, aliæ, quas de frugibus terræ Levitis solvebant, unde ipsi cum familiis suis alerentur

tur Lev. XXVII, 30. Deus quippe nullum  
 ipsis peculium in Canaane adsignaverat Num.  
 XVIII. 21. 24. Sed vero exiis, quæ Levitis  
 cedebant, decimæ dabantur sacerdotibus,  
 opimæ ac selectissimæ Num. XVIII. 26-32.  
 Ab his autem distinctæ erant aliæ, decimæ se-  
 cundæ adpellatæ, quas, prioribus exhibitis,  
 separabant, quæ anno quolibet tertio in usum  
 pauperum, orphanorum ac peregrinorum ce-  
 debant Deut. XIV. 22-29. Dabantur autem  
 decimæ ex omnibus illis rebus, quæ esui erant,  
 quod ex locis excitatis clarissime liquet. Ma-  
 gistrorum regula his concepta est verbis:  
 כל שהוא אוכל וגומר וגדוליו בן הארץ חייב במעשרו  
 quidquid in escam cedit & custoditur & incrementum  
 habet e terra, decimationi, subest. Quam sequi-  
 tur altera illa: כל שתחילתו אוכל וסופו אוכל אף  
 על פי שהוא שומר להוסיף אוכל חייב קטון וגדול  
 וכל שאין תחילתו אוכל אבל סופו אוכל אינו חייב ער  
 שיעשה אוכל quidquid ab initio & in fine etiam e-  
 sui idoneum est, quantumvis servari solet, ut esca  
 incrementum capiat, illud tenetur & dum parvum est  
 & cum grande evasit. Quod autem ab initio edule  
 non est, tandem vero in escam cedit, id non tenetur,  
 donec esui idoneum fiat, de decim. c. I. m. I. Hinc  
 omnia illa semina excipiebant, quorum fru-  
 ctus comedi non poterant, quippe זרעוני  
 גרתי שאינן נאכלין פטורין מן המעשרות  
 semina hortensia, quæ non comeduntur, libera sunt a  
 decimis de decim. c. V. m. 8. Hoc præceptum  
 de decimis dum Israëlitis imposuit numen de-  
 monstravit se bonorum omnium fontem li-  
 be-

berum populi sui rectorem, divitiarumque  
 suarum benignissimum diribitorem esse. Ad-  
 monuit ipsos sui officii, ut beneficia largissima  
 manu concessa sibi referrent accepta, eos-  
 demque suis refocillarent opibus, quos pro-  
 ximioris accessionis amicos atque ministros  
 sibi adjunxerat. Exemplum hoc Judæorum  
 ex parte imitatas fuisse gentes, ex iis constat,  
 quæ *Spencerus* de leg. ritual. Ebr. L. III. cap. X.  
 Sect. I. p. m. 95. 96. in medium profert. Inde  
 omnino fluxisse videtur lex, Athenis per-  
 vulgata admodum, qua plectebantur illi, qui  
*in rempubl. injurii existebant, in carcerem detru-*  
*dendi, decima bonorum publicorum parte Miner-*  
*væ adsignata.* Legem hanc *Xenophon* victuris  
 commisit chartis: *Εαν καταγνωθῆ ἀδικειν, ὁπο-*  
*δανοντα ἐς το βαρεθρον ἐμβληθῆναι, τα δε χρηματα*  
*αὐτα δημευθῆναι καὶ τῆς θεῆς το εἴκοσι εἶναι*  
*Hist. Græc. L. I. p. m. 351.* Cum igitur lex il-  
 la de decimandis terræ frugibus cujuscumque  
 generis Israëlitas obstringeret, quid causæ,  
 quod Phariseus hic justitiæ fundamentum at-  
 que materiam in illis ponat. Si fecit, quod  
 lex postulavit, nullum certe meritum inde si-  
 bi paraverat. Præterea oratio ipsius intole-  
 rabilem sapit superbiam, *ὁποδεκάτω,* in-  
 quiens *παντα ὅσα κτωμαι,* cum tamen pecudum tan-  
 tum atque frugum, terræ in decimis ratio ha-  
 beretur. Novimus equidem Phariseos in  
 decimandis terræ oleribus ad superstitionem  
 usque sollicitos fuisse, quorum studium Chri-

stus non tam improbat, quam perversos istorum mores perstringit Matth. XXIII. 23. Sed vero ne sic quidem Phariseus noster a superbia absolvi potest, quippe enim ex sententia R. *Eliezeris*: השבֿתֿ מתעשרתֿ זרע וירק יירין *decimatur anethi semen, herba & flores de dec. cap. IV. §. 5.* Quotquot autem Judæorum sacra sectabantur, legi Mosis non minus ac traditionibus πατεροδιδασκαλίας obsequium præstare tenebantur. Quidquid alii dicant, Phariseum hunc decimas de illis rebus exhibuisse, quas tamen scriptura exemit, existimem tamen ipsum id omne accuratissime præstitisse, quod lex & sapientum decreta postulabant. Respicere enim hæc verba mihi videntur preces, quas in oblatione decimarum fuisse dicuntur: לא עברתי ממצותיך לא הפרשתי ממין על שאינו מינו ולא מן התלוש על המחובה על התלוש ולא מן החדש על הישן ולא מן הישן על החדש ולא שכחתי מלברכך ומלה זכיר שמך עלי *Non transgressus sum præcepta tua, non separavi de una specie pro ea, quæ erat alius speciei, neque de evulso pro eo, quod terre adhaeret, neque vice versa, neque de novo pro veteri, neque de veteri pro novo, neque oblitus sum, non oblitus sum benedicere & memorare nomen tuum de decim. c. V. §. II.* Vel verba hominis ita sunt accipienda, eum in iis etiam casibus operosum existisse, quos tamen ipsi magistri exceperant. Quamquam equidem cuiquam videri posset, majus sibi meritum parare illum, qui plus præstat, quam

quam a lege postulatur; tamen in omni legis opere animus vel maxime est respiciendus. Eo animo largius solvisse Phariseos decimas, ut obsequium legi præstarent, ut necessitatibus Levitarum ac afflictorum hominum succurrerent, ut credam, a me impetrare non possum, qui sciam, eodemum fine ab illiusmodi hominibus decimas solutas esse, ut majores atque ampliores divitias a benignitate divina in se derivarent. Clara hæc sunt atque liquida, ex illis *Akiba* verbis: מעשרות סייג ליעושר *decimæ sunt sepimentum divitiarum, quæ ex mente Bartenora ita sunt accipiendæ מעשרות סייג ליעושר עשר תעשר עשר בשביל שתתעשר* *decimæ sunt sepimentum divitiarum, decimando decimabis* (Deut. XIV. 22.) *decimas persolves, ut (per paronomasiam) ditescas* Pirke Abot cap. III. §. 13.

§. 17. Consideratis jam Pharisei precibus, proximum est, ut ad preces publicani accedamus, cujus animi & corporis habitus ab illo Pharisei longe fuit diversus. Ita enim scriptor sacer: καὶ ὁ πλωνης, inquit, μακροθεν εἰσως *Quamvis vox μακροθεν prima ac propria sua significatione longitudinem spatii designet, non tamen impedit, quo minus pro rationibus, quæ textum circumstant, locum profundum ab editiori dissitum speciatim significare possit. Quippe enim non solum longinquum est id, quod in planitie, verum etiam quod in profunditate a nobis distat. Quam adsertionem*

nem firmare possunt verba Christi Luc. XVI: 23. ubi de divite sacer scriptor dicit: καὶ ἐν τῷ αἰδῆ ἕωδῆς τὰς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, ὑπαρχόντων ἐν βασκανοῖς, ὄρα τὸν Ἀβραάμ ὅτι μακρῶς, καὶ Λαζάρου ἐν τοῖς κελποῖς αὐτῶν. Jam vero αἰδῆς communi veteris ecclesiæ doctrina locus quidam subterraneus atque depressus esse statuitur; sinus e contrario Abrahæ locus consummandorum beatorum n. p. tertium cœlum. Adhæc qui oculos suos elevat, non tam ad *longinqua*, nec *humilia*, sed *sublimia* atque *elata* convertit. Existimo igitur Pharisæum loco editiori, a publicano aliquantum remoto stetisse, eundemque de alto despexisse: publicanum contra, quo animi modestiam atque abnegationem sui testaretur loco depresso atque humili constituisse. Namque pro ritu Judæis sueto, qui ex animo precabantur, locum depresso eligere solebant, ea spe freti fore, ut Deus, qui ad humiles respicit, se exaudiret. Hinc in supplicationibus atque jejuniis publicis מורידין לפני החיבה וקן *descendere faciunt ante arcam senem* Taan: cap. II. §. 2. Quod clarius explicant Gemaristæ: ואמר רבי יוסי בר חנינא: משום ר' אבי אל יעמוד אדם במקום גבוה ויתפלל אל במקום נמוך ויתפלל לפי שאין גבהות לפני המקום שנאמר ממעמקים קראתיך ה' חנא לא יעמוד אדם לא על גבי כסא ולא על שרפרף ולא במקום גבוה ויתפלל אלי במקום נמוך ויתפלל לפי שאין גבהות לפני המקום שנאמר ממעמקים קראתיך ה'.

Dixit R. Jose filius R. Chani-

na auctoritate R. Elieseris filii Jose: non stabit homo oraturus in loco sublimi, verum in humili; quoniam non est sublimitas ulla coram Deo diciturque (Ps. CXXX.) ex profunditatibus te invoco Domine. Habetur etiam hujusmodi de hac re traditio: non consistet homo precaturus in throno, neque in scabello pedum; neque in loco alto, sed in loco depresso, ibique orabit, siquidem nulla celsitudo est in oculis Dei, dicitur enim: ex profunditatibus invoco te Domine.

§. 18. Quod quam arcte congruat cum tota orationis serie, docent ea quæ sequuntur: *ὄψα ἤθελεν ἄδῃ τὰς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸ οὐρανόν.* Quæ verba ita verto: ne quidem oculos tollere voluit. Sensus est, tantum abfuit, ut palmas in coelum tollere sustinuerit, ut ne quidem oculos elevare voluerit. Hoc autem gestu passim indicatur *mœror animi, pudor ac mens male sibi conscia.* Hinc *Dido*, quod spe tentati cum Aenea conubii se frustrari videbat, mœrore & ægritudine animi pene confecta, *cœli convexa tueri noluit* Virgil. Aeneid. L. IV. vs. 451. Quod adhuc clarius liquet ex eo:

*Aeneas moesto defixus lumina vultu*

*Ingreditur linquens antrum.* Aeneid. L. VI. v.

176. 177.

Pudorem vero suum simul ac tristitiam testatur *Andromache*, quando Aeneas ipsam adversa fortuna confictantem convenit,

*dejecit vultum & demissa voce locuta est.*

L. III. v. 320.

Quam

Quam ob rem etiam quod Cl. *Lightfootus* ex *Maimonide* in *Tephilla* c. V. notat, orans velet caput suum & spectet deorsum & *Peah* cap. V. discipulus sapientum מטה למטה spectet deorsum, cum stat orans. Cujus rei rationem hanc dat *Jarchius* hominis oculi in terram fixi sunt, dum per preces misericordiam Dei implorat. Unde haut obscure colligere licet, qui fuerit habitus publicani orantis, nempe capite versus terram demisso ac inclinato est precatus; ita ut ne quidem oculos versus cœlum elevarit. Duplex etenim in supplicationibus ac deprecationibus fere obtinuit precantium ritus, vel ut quis pronus humi procumberet expansis pedibus manibusque, qui dicitur השתחויה vel ut quis precans caput terram versus inclinaret, demitteretque, qui dicitur קרה. Prior in profundissimis humiliationibus ac nonnisi ab hominibus sanctissimis adhibebatur; posterior vero magis usitatus erat. Noluit igitur publicanus ad cœlos lumina tollere, hoc ipso significans (1) se gravissimis peccatis pollutum, fulgorem majestatis divinæ ferre non posse. Sic *Seraphim* purissimi spiritus, qui solio gloriæ, quod *Jesaiæ* in divina visione monstrabatur, supereminebant, duabus alis se tegebant, ac se oculi sui, ut ita loquar, fulgore majestatis divinæ præstringerentur, vel etiam debilitas, impotentia, quin, liceat ita loqui, sordes suæ in conspectum *Jehovæ* sanctissimi pervenirent c. VI. 2. Nam qui filius, qui patris jussa temere atque præfractè sprevit, qui

servus dominum, cujus mandata improbe  
neglexit, serena fronte ac vultu imperterrito  
adspiciat? Optime sane Clemens Romanus: 'Ὁ  
ἀγαθὸς ἐργατὴς μετὰ σωρησίας λαμβάνει τὸν ἀρ-  
τὸν τὰ ἔργα αὐτοῦ. ὁ νόθεός τε καὶ ἀνοσιμενός, ἕκ  
αὐτοφθαλμοῦ τῶ ἐργοπαρεκτῆ αὐτοῦ ep. I. ad Cor.  
p. m. 78. (2) Testabatur, conscientiam sce-  
lerum atque criminum suorum gravitate per-  
turbari. Quoniam igitur peccata sua ad-  
gnoscebat, ob illorum magnitudinem gravi  
tristitia adficiebatur, pœnamque certo conse-  
cuturam animo præsentiēbat, præsentiā  
Dei judicis horrebat, nec ipsum animo æquo  
adspicere poterat. (3) Eodem significavit,  
hactenus se non ecelestia, sed terrestria quæsi-  
visse, spes suas omnes atque desideria rerum  
hujus mundi usu atque fructu terminata, spem  
futuræ & melioris vitæ abnegasse, dignum  
proinde, qui cum brutis animantibus, quo-  
rum oculi terram unice spectant, intereat.

§. 19. Longe graviolem autem, quin imo  
profundissimum dolorem demonstrabat pe-  
ctoris percussio: ἀλλ' ἐτυπτεν εἰς τὸ στήθος αὐτοῦ.  
Phrasis petita est a more lugentium, qui, quo  
profundissimum, quem fovebant, dolorem  
testarentur, pectus ferire solebant; ita enim  
Virgil. Aen. l. I.

*Suppliciter tristes ἔτυπτεν pectora palmis.*

*l. IV. v. 588. 589.*

*Terque quaterque manu pectus percussa decorum  
Flavescentesque abscissa comas.*

*v. 673. 674.*

*Unguibus ora soror foedans & pectora pugnis  
Per medios ruit.*

Qui ritus percussione pectoris a gentilibus in summo luctu in ipso etiam cultu divino est adhibitus. Sic *Athenagoras* Aegyptiorum superstitionem ridet, Deorum suorum mortem maximo luctu prosequentium; μη και γελοιον η τυπλονται γαρ εν τοις ιεροις τα σηση κατα τας πανηγυρεις ως επι τελευτηκοσι και θυσιων ως Θεοις. *Nonne ridiculum est? feriunt enim pectora in templis, tamquam pro mortuis & sacrificant tamquam Diis*, apol. p. 110. sequ. edit. Lips. Hoc ipsum etiam testatur *Julius Firmicus* de planctu sacerdotum in sacris *Isiacis*. In aedytis, inquit, habent idolum *Osiridis* sepultum: hoc annuis luctibus plangunt, radunt capita, ut miserandum casum regis sui turpitudine dehonestati defleant capitis, tundunt pectus, lacerant lacertos, veterum vulnerum refecant cicatrices, ut annuis luctibus in animis eorum funestae ac miserandae necis exitium renascatur de E. P. R. p. 4. 5. Nam quod pectus cor sinu suo tenet, quod cerebro, in quo sedes animae, omnis motionis spontaneae puto atque sensationis nostrae principii, quotiescumque graviori quodam adfectu animus movetur, perturbaturque, adfectio animi, & qui eam consequitur, vehementior spirituum animalium motus, ope nervorum cordi communicatur, quo facto sanguinis motus in corde concitator redditur, vel etiam languidiore spirituum progressu subsidit. Hanc igitur cordis palpi-  
ta-

tationem hanc compunctionem moerori atque ægritudini junctam, hoc signo indicare solent homines. Inde fœminæ, quæ Christum ad locum supplicii educendum comitabantur, dicuntur *κνψαδξ*, id est, *pectus tuitidisse* Luc. XXIII. 27. Quando igitur publicanus hic pectus ferit, profundissimam tristitiam, animique ægritudinem, quam ex peccatorum gravitate concipiebat, significare voluit internam cordis contritionem hoc externo symbolo effigians.

§. 20. Hæc ægritudo animi ingenuam peccatorum confessionem gratiæ divinæ ianixam exprimebat: 'Ο Θεός, inquit, *ιλασθημοι* (a) *τω αμαρτωλω*. Gentiles etsi minus recte de naturæ corruptione senserint, tamen existimaverunt, peccata pœnitentia elui posse, eademque se sibi Deos propitios reddere posse. Quare Seneca hanc Epicuri sententiam admodum laudat: *initium salutis est notitia peccati*. Nec ita multo post admonitionem istam subiicit: *ideo quantum potes, te ipse coargue. Inquire in te: accusatoris primum partibus fungere, deinde judicis novissime deprecatoris, aliquando te offendo* ep. XX. p. m. 91. Tom. II. Opp. Vult peccat. Class. VII. Fasc. III. Gg ca-

(2) Nota emphasin in vocula *τω αμαρτωλω*, quæ esset illorum *πρωτ* I. Tim. I: 16. immo *unicus*. Uti Christus e contrario vocatur *Ο ποιμην Ο καλ* Joh. X: 11. & *Η αμπελ* Η αληθινή Joh. XV: 1. seu *εμφαπικσταλω*. T. d. H.

cati ad gnitionem sequi debere preces, quibus  
 mala deprecamur, quæ homo suis sibi pecca-  
 tis accersit. Profecto non ultimo loco preces  
 habuerunt, qui inter gentes & sapientia & mo-  
 rum probitate ac integritate præstiterunt.  
 Ἐυχῆ, inquit Hierocles, μεσοειον εἶναι τῆς τι παρ'  
 ἡμῶν ζήτησεως καὶ τῆς ὡς τὰ θεῶν δόσεως, ἐν ἔυ-  
 χόμενῃ τῆς αἰτίας ὑμῶν, τῆς εἰς τε τὸ εἶναι  
 παραγωγῆς ἡμᾶς καὶ πρὸς εὐτο εἶναι τελειότητος. Pre-  
 ces medium esse inter nostrum querendi studium &  
 largitionem divinam, quæ sc. nostri causam recte se-  
 quuntur, cui acceptum referri debet, quod simus &  
 quod bene tandem & felices simus, in carm. Pyth.  
 p. 172. Judæis hanc veritatem plenius revela-  
 tam fuisse tabulæ V. T. nos dubitare non si-  
 nunt, in quorum scholis publicanus hic erudi-  
 tus, peccatorum suorum confessionem editu-  
 rus exclamat: Ὁ θεῶ, ἰλασθη μοι τῶ ἀμαρτω-  
 λῶ. Vix est ut moneamus, Attice casum pri-  
 mum hic pro quinto poni, quæ dialectus per  
 N. T. sæpius recurrit. Adhibetur autem  
 ἰλασκεσθαι aliquando a Græcis pro Ebræa כָּפַר  
 quæ peccatorum remissionem indicat, nisi vel  
 ipsa hac ῥησις ex versione Græca sit desumpta;  
 ita enim illa verba Pl. XXV. 12. יְיָ יִגְדַּל כְּכֹל  
 secundum editionem Aldinam legit, καὶ ἰλα-  
 σθητι τῆ ἀμαρτία μου. Syrus interpres sen-  
 sum verborum nostrorum optime reddit:  
 ܕܝܘܫܘܬܝ ܕܥܝܢܝ ܝܫܘܥܝܘܬܝ Deum gratiosus esto mi-  
 hi peccatori. Illustris Spanhemius in Callima-  
 chum

chum Cel. *Witfio* citatus *Miscell. Sacr. T. II. Exerc. XX. §. 6. p. m. 674. 675. & item Cl. Bossius* ad h. l. ad illustrationem hujus phraeos plures huic similes ex mysteriis Græcorum pariter atque Romanorum collegit, quales sunt *ἰλαθιμοι, κλυθιε'ρχη ἰλαθ, ἰληθι, sis propitiis, exaudi, veni propitius.* Addeamus hujus generis alias apud *Sallustium* occurrentes: *Ἡμιν κἰ ψυχαι ἰλεω γενοιντο* de Diis & mundo c. IV. p. m. 12. *Ἐργαπευομενοι ἰλεω γενοντι* c. XIV. p. 25. *αὐτον ἡμιν εὐχομεθα ἰλεων ἡν κρονον γενεοθη* e. XVII. p. 31. Quo sensu sane humilimam peccatorum suorum confessionem edit ac gratiam divinam sibi exorat. *Primo* igitur edit peccatorum confessionem, se suis peccatis justitiæ divinæ obstrinxisse, ac proin iram supremi numinis, ejusdemque vindictam promeruisse. Quare ipse peccatorum suorum mole pressus *secundo* ad gratiam divinam confugit, supplex orans, ut Deus propter meritum illius, qui *ἰλασμη* factus i. Jo. II. 2, IV. 10. causa expiationis omnimodæ, quem Deus *περεθετο ἰλασηριον* Rom. III. 25. peccatorum suorum non amplius recordari, eadem delere sibi que jus vitæ æternæ largiri velit.

§. 28. Inde jam sequitur illud, quod Lucas vs: 14. proponit: *λεγω ὑμιν κατεβη εἰς δεδικαωμεν εἰς τον οἶκον αυῆς ἢ ἐκειν.* Multa se prodit circa verba hæc codicum varietas, aliis legentibus *εἰ γαρ ἐκειν*, aliis *παρ' ἐκεινον τον φαρισαιον.* Quæ non tam experitia & in-

curia scribarum, ut ego quidem existimo, sed potius ex sensu, quem verbis illis dederunt, est enata. Constat enim & Hieronymum, & Augustinum verba ita accepisse, publicanum magis quam Phariseum descendisse justificatum in domum suam. Quare etiam Augustinus scribere nullus dubitat: non dixit damnatum Phariseum, sed magis justificatum dixit publicanum. Quam sententiam etiam tenet interpret Syrus:

οσι ς Δ σιδ Δ οησ ισι Δσσ  
 ς Δ descendit hic justificatus in domum suam  
 magis, quam ille Phariseus. Cui sententiæ lubens calculum adjicerem modo, probari posset, aliquam ex operibus dari justificationem ac peccatorum remissionem. Non nego equidem esse, amoris divini ac justificationis peccatoris gradus, sed Phariseum operum suorum merito turgidum aliqua saltem ratione justificatum fuisse minus probari potest. Quare verba potius ita convertenda sunt: Descendit hic justificatus in domum suam, non ille; nam particula η in oppositione sensum negativum haut raro obtinet. Sic Pl. CXVIII. 8. αγαθον πεποιθεναι επι κυριον, η πεποιθεναι επι ανθρωπων bonum est confidere in Domino, non in hominibus. Eodem sensu verti potest illud Homeri: βελομι εγω λαον σπον εμμεναι η σκολεσθι volo ego populum saluum esse, non perire.

§. 22. Rationem hujus sui adserti adfert hanc Christus: οτι πας ου ψων εαυτον ταπεινωθη-

ⲉⲃⲉⲩⲱ, ⲟ ⲃⲉ ⲧⲁⲡⲉⲓⲧⲉⲱⲛ ⲉⲁⲟⲩⲧⲉⲛ ⲛⲓⲫⲱⲙⲁⲥⲧⲉⲱ. Prover-  
 bialis hæc locutio, Christo aliquoties usurpa-  
 ta, Judæis familiaris fuisse videtur, nisi vel ex  
 ipsis illorum scholis ejusdem origo repetenda.  
 Sic nota sunt, quæ in codice Erubhin habentur  
 כל המשפיל את עצמו הקב"ה מנביתו וכל  
 המנבית עצמו הקב"ה שמפילו וכל המחזיר אחר  
 הגדולה גדולה בורחת ממנו וכל יהבורח מן  
 הגדולה גדולה נדולה מחזרת עליו *quicumque se ipsum*  
*humiliat, hunc sanctissimus Deus extollit, sed quis-*  
*quis se ipsum extollit, eum sanctissimum numen humi-*  
*liat. Et quicumque dignitatem sectatur, ab eo di-*  
*gnitas fugit, & qui dignitatem fugit, eum persequi-*  
*tur.* Sed vero huic sine dubio originem præ-  
 buerunt doctrinæ morales, quæ in libris V. T.  
 continentur, sic Prov. XI. 2. *ubi adest superbia,*  
*adeft contemptus.* XVI. 18. *ante confractioem elatio*  
 & *ante offendiculum elatio animi.* Quam senten-  
 tiam paullo aliter efferunt magistri: כל אדם  
 שמתעטט *in quocumque*  
*est elatio animi, ille in fine diminuitur.* Profecto  
 de eo homines omni die edocentur, illos, qui  
 spiritus tollunt, deprimi tandem; e contra-  
 rio honoribus ac dignitatibus admoveri, qui  
 humiles sunt ac depressi. Nec aliter ex ratio-  
 nibus divinæ providentiæ evenire potest;  
 nam qui se ipsum extollit, existimans se ali-  
 quo numero esse, gloriam Deo non dat, plu-  
 rimum sibi suisque viribus fidens; quare mi-  
 randum non est, quod Deus pro jure talionis.

hominem istiusmodi sibi ipsi relinquat, inde que honore ac dignitatibus ocyus citius exci- dat. Sed qui coram Deo ac Creatore suo ni- hili se facit, spem ac fiduciam omnem in ipso reponit, huic pietatis suæ hoc præmium red- dit, ut illum extollat ac debitis honoribus ex- ornet. Quod Deo quasi proprium esse ipsi gentiles adgnoverunt; Sic *Aesopus* interroga- tus, quid Deus faceret, respondisse fertur: τα μεν υψηλα ταπειναν, τα δε ταπεινα υψων *alta qui- dem humiliare, sed humilia exaltare.* Cui concinit *Hesiodus* L. I. Opp.

ῥεαμι' γαρ βελαιει, ρεα δε βελαιοντα χαλεπει.  
 ῥεια δ' ἀεζηλον μειυθει, κρη ἀδηλον ἀεξει,  
 ῥεια δε τ' ἴθυνη σιγλιον κρη ἀγνορα κερφει.

*Facile enim extollit, facile etiam elatum depri- mit,*  
*Facile præclarum minuit & obscurum adau- get,*  
*Facileque corrigit curvum & superbum contra- hit.*

Ufus autem hoc fere proverbio est Christus, quotiescunque Phariseorum fastum ac arro- gantiam retundere voluit, iisdemque pro- meritam pœnam denunciavit Matth. XXIII. 12. Luc. XIV. 11. Quo sensu etiam h. l. capi- tur, nam maxima certe est superbia sperare, posse se bona salutaria propriis viribus absque divinæ gratiæ ope impetrare; e contrario sum-

summa est humilitas, si quis se ipsum totum abjiciat, se peccatorem gravissimum confiteatur, gratiam divinam serio desideret, ac oblatam avidissime adprehendat. Quare Christus hanc sententiam epiphonematis loco superioribus subjicit, probaturus, Pharisæum istum minus justificatum in domum suam descendisse, utpote qui justitiam Dei nequidem quæsisset, adeoque suo judicio elatus licet, re ipsa tamen humiliatus esset, relictus in statu miserrimo peccati. E contrario publicanus peccatorum suorum conscientia pressus, eorundemque multitudine ac magnitudine humiliatus, fuit elatus. Peccatorum etenim culpa atque crimine exsolvebatur, in Dei filium adoptabatur ac jus certum hæreditatis cælestis nanciscebatur. Atque hæc de sensu literali hujus parabolæ sufficiant.

J. C. HARENBERGII,  
Observationum Sacra-  
rum

T E T P A Σ,

A.

Schediasma de *wyr* commotione vio-  
lenta, facta regnante Ufia & Ie-  
roboamo II. Amos I. 1. sq.  
Zach. XIV. 5.

Conspectus §. 1. Exponuntur & censentur varia inter-  
pretationes §. 2. Vera explicatio traditur ex 2. Par.  
XXVI. 16-21. §. 3. Scopus Zacharie indicatur.

§. 1.

**Q**uod plurimi de motu terra ista di-  
vinorum litterarum commata ex-  
plicent, ex versionibus variis ipsi-  
usque R. Athiae constat. Sunt  
qui hic silenti pede prætervehun-  
tur, motusque naturam omittunt intactam.  
Non ita pridem ad clarissimam evolutionem  
istius motus aspirare studuit Joh. Lightfootus  
in Chorographia Matthæo præmissa c. 8. p.  
21. ubi ita: *Sirbon* שרבוֹן ardorem denotat no-  
mine lacus ab ejus natura deducto ignea & bitumi-  
nosa

noſa. Lacus eſt Sodomitico par, & forſan paris  
fuit fati & originis; divina ſcilicet indignationis  
exemplum: quid ſi monumentum ſit horrendi iſtius  
terra motus in diebus Uzziæ? Amos I. 1. Zach.  
XIV. 5. cum etiam igne contenderet D. uſ Amos.  
VII. 4. ita ut perirent urbes quadam more Sodo-  
mæ & Gomorrhæ Amos. IV. 11. Eſ. I. 9. Si con-  
ſulimus Rabbinos ad Amos I. v. 1. Raſchi  
aliam ſubminiſtrant prorfus explicationem.  
Ille ita: שנת" קודם שנתנגע עזיה יום שזתנב' ישעיה שנאמר ויניעו וג  
Duobus annis antequam  
lue tactus eſt Uſias, quando vaticinatus eſt Eſaias,  
prout dicitur, & natabant &c. Eſ. VI. 4. Hic  
in hunc modum: הרעש הזה היה בימי עזיה  
כמו שני בגבואת זכריה שנכנס עזיה להיכל להקטי  
Tumultus ille erat tempore Uſiæ, ut di-  
citur in vaticinio Zachariæ c. XIV. 5. cum intra-  
ret Uſias in templum ad thura cremanda, factus hic  
eſt tumultus. Lightfootus hallucinari videtur,  
quia de incendio in Judæa loquuntur Amos  
VII. 4. Zach. XIV. 5. ut cuique evolventi  
perſpicuum eſt, Eſaias vero I. 9. & Amos  
IV. 11. minentur urbibus Judaicis excidia.  
Nec minus errat Raſchius, huc trahens locum  
Eſ. VI. 4. ubi de fatiſ agitur Judææ in viſio-  
ne, cum deſunctus jam eſſet Uſias, cum ta-  
men commotio illa fuerit facta vivente ad-  
huc Jeroboamo, qui diu ante obitum Uſiæ  
fato conceſſit.

§. 2. Nec tamen Raſchio & Kimchio o-  
mnem derogandam eſſe fidem exiſtimo.

Gg 5

Nam

Nam 1) שׁוּר *quamvis violentam notat commotionem*, vel ex tonitru Ps. XVIII. 8. Es. XXX. 9. vel terræ Es. XX. 17. Jer. XIX. 20. VIII. 16. vel strepitum hostilem Es. XIV. 16. XIII. 13. vel rotarum currus Nahum. III. 1. quare merito infestæ turbæ Ufiæ & sacerdotum שׁוּר dicuntur 2) quia non alia commotio, ætate Ufiæ facta, ad notitiam nostram pervenit. Nec obstat, quod Jeroboamus tum vixerit, quia leprosus Ufiæ non illico ex lepra obiit. 3) quia hæc commotio tanquam notissima & infestissima delineatur 2. Par. XXVI. 16-20.

§. 3. Zacharias comparat hanc infestam commotionem cum ea, quæ Antiochi Epiphaniis ductu adversus Hierosolymam suscepta est, gentibus circumquaque suppētias ferentibus, quam describunt primus liber Maccabæorum & Josephus. Ipse tamen promittit prolationem posteriorum Ecclesiæ Judæicæ, quæ regnante Hyrcano est secuta, cum Idumæi circumcisionem susciperent & Judæi ex Aegypto agminatim ad festos dies Hierosolymam confluerent, defervescente Syrorum æstu.

B.

De *Magis* Judæis ex Babylonia ad Matth. II. I. sqq. observatiuncula.

*Conspectus.* §. 1. Argumenta ex Matth. X. & c. X. XIII.  
§. 2. Iudæos fuisse Græcæ & philosophice ex parte doctos

doctos. §. 3. Tum fuisse plurimos inclytos Iudæos in Babylonia & απ' ανατολων. . 4. Fuisse Iudæos Magos, fuerunt enim Sacerdotes & Iudæus Magus memoratur Act. XIII. 6. Barjesus Elymas.

§. 1.

**N**ON memini hucusque, excepto solo Ven. Hardtio in *Syria Græca*, refutato ab Hermanno ab *Elsmich*, Magos stella duce Bethlehemum profectos cuiquam videri fuisse Iudæos. Universalis fere Patrum Doctorumque consensus pro Magis, non Iudæis, sed paganis, militat. Liceat tamen pace virorum secus sentientium conjecturas quasdam pro Magis Iudæis in medium afferre, cum veritas non multitudine opinantium, sed rationum momentis metienda sit. Nam, quod rei caput est, Christus non ivit ad paganos, nec, si fabula vera est, ad Abgarum Edeffenum, dum in vivis esset, quenquam misit, sed ad deperditas Israëlites oves, Matth. X. 5. 6. quibus primum de regno Messiae evangelium enuntiandum erat, non paganis Act. XIII. 46. Nec tanto miraculo Petrus monendus fuisset, Act. X. ad Cornelium profelytum Christo aggregandum, qui tamen jam foederatus portæ erat, si Christus paganos jam tum sua vocatione dignatus esset, quin potius Paulus & Barnabas singulari afflatu jussuque ad conversionem paganorum præmuniendi & excitandi erant Act. XIII. 2. 46. 47. & num pagani  
Mi-

Michæ vaticinio statim fidem habuissent, vel in synedrium adducti fuissent, Judæis omnibus tum in ea opinione versantibus, Messiam ad sese pertinere solos, nec quenquam, nisi ante fieret Judæus, Messia, participes fore. Nec Christus Ninevitarum, reginae ab austro venientis exempla Judæis exprobrans, Magorum paganorum mentionem injicit, quod egregium sane & proximum fuisset argumentum.

§. 2. Magi erant viri doctissimi, sacerdotes & philosophi. Sed Judæi etiam philosophiam in Babylonia edocebantur, quod ex exemplo Danielis sociorumque constat, nec Græcæ philosophiæ expertes, adeo ut Aristobulo & Tito imperitante hoc studium, exceptis Hillelianis posteris, genti a suis interdicendum esset. Sacerdotes plurimi fuerant etiam doctissimi, astronomiam, præcipue lunæ cursum, probe callentes. Plinius H. N. L. XXX. c. 1. Josephum & Mosen, Judæos Magis addit.

§. 3. Nec omnes Judæi ex Babylonia & locis vicinis Hierosolymam remigrabant, sed doctissimi multique Judæi, ipso etiam Salvatore vivente, in Babylonicis hærebant oris, qui erant purissimi, sanguineque Davidico oriundi, Academiis Naardeensi, Sorana & Pombedithana celeberrimi. Conf. Lightfoot in *Horarum* ad 1. Cor. XVI. *Appendice* c. 2, p. 264. sq. Hæc regio erat ἀπὸ ἀνα-

τολῶν, Persia, imo & lato sensu Arabia, adeo ut dissensus hic facile possit tolli.

§. 4. Ad hæc clarissime ex Act. XIII. 6. *Magos Judæos* fuisse liquet, nam βαρμασῆς vel Ελύμας erat Ἰσθαῖος & μάγος. Nomen ipsum videtur esse Judaicum, filius enim Jesus vel Hofeæ dicebatur. Obstat quidem Lightf. in *Horis* ad h. l. p. 98. seq. qui putat Ἰησοῦς esse ab ὠωυ contabescere, ob Arabem, qui habeat ΔΙΩΚ' & Syrum qui habeat ΝΩΙΩ tumorem, adeo ut Elimæus sit ab *alam* Arab. *cruciari*. Verum sacra scriptura non testatur, Elymæum & Bariesum esse ejusdem etymi, sed Elymam reddi posse Magum. Quare cum *dolor* & *Magus* differant, ad *μολε* ut Ludov. de Dieu jam monuit, confugiendum est, quod sonat *scientem peritum & philosophum* sive *Magum*. Arabis ΔΙΩΚ' est Ἰησοῦς, & enim cum ὠωυ non concordat, Syrique ΝΩΙΩ nomen sive *Deum*, stylo notissimo notat, Jesus enim erat Deus.

C.

*Facilitas moriendi pro benefico, non pro justo* *Erigido* ad (a) Rom.

V. 7.

Synopsis. §. 1. Variæ interpretationes Marcionis, Syri, Arrii, Ambrosii, & eorum, qui incisum de morte pro bono negligunt. §. 2. Genuina lectio & verus sensus §. 3. Ejusque demonstratio ex scopo Pauli

(a) Confer de hoc loco Cl. IV. fasc. II. p. 285. sqq.

po Pauli & usu vocum ἀγαθὸς & δίκαιος, sententiisque sacris ac profanis convenientibus, §. 4. Falsæ expositiones diluuntur.

§. 1.

Μόλις γὰρ ὑπὲρ δικάιῃ τὸς ἀποθανεῖται. ὑπὲρ γὰρ τῆ ἀγαθῆ τάχα τὸς καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν. *Aegre enim pro justo quis morietur, licet pro benefico forte quis etiam audeat mori.* Hoc incisum geminum varias subiit expositiones a primis nostræ doctrinæ incunabulis, plurimi enim, qui sacras legerunt literas, tanquam canis e Nilo hinc & illinc paucula pro suo instituto, ad suas hypotheses palliandas, degustarunt, negligentes scopum Spiritus sancti, in cujus luce verum apparet lumen. Vera ejus lux indubie consistit in attentione ad scopum totius alicujus voluminis singularumque ejus partium, omniumque vocularum debita notitia, additis precibus & animo a partium & præjudicatæ opinionis affectatione alienissimo. Peccarunt hic Marcionitæ & Arriani. Hieronymus in Epistola ad Algasiam T. IV, Froben. Quæst. VII. fol. 74. col. 1. de ambobus ita: *Dux hæreses ex occasione hujus testimonii, quod non intelligunt, diverso quidem errore, sed pari impietate blasphemant. Marcion enim, qui justum Deum & creatorem legis facit ac prophetarum, bonum autem evangeliorum & Apostolorum, cujus vult esse filium Christum, duos introducit deos: alterum justum & alterum bonum. Et pro justo asserit, vel nullos vel paucos appetisse*  
mar-



gerit more interrogantium membrum posterius, nam ex hodierna interpunctione de *justo* aliquid fere negatur, quod *de bono* fere affirmatur.

§. 2. Quantum ex scopo Paulino innotescit, incisi nostri cum præcedente proximeque sequenti inciso hæc est connexio: *Namque Christus, cum adhuc nos essemus infirmi, Judæi instar puerorum sub prædago constitutorum & σοιχειοις ἢ κροσποῖς*, primis elementis, ritu eorum qui discere litteras incipiunt, inhaerentium, umbras captantium, solidioris cibi doctrinæque expertium; Gentiles vero vanis innutriti commentis, varietate idololatriæ, & paucissimorum ad veriore philosophiam adspiratione, cujus lineæ tum quædam ductæ, non tamen omnes rectæ, plurimæ curvæ, fractæ, laceræ, per atheismum & superstitionem dissipatæ: *definito tempore*, quod Deus benigne promiserat, *pro impiis sceleratisque hominibus*, Deum non reverentibus, Judæis & Gentilibus, *mortuus est*. *Vix enim* alias, si communem inspiciamus vitam & exemplorum monumenta, *pro justo homine*, qui rigidus justitiæ civilis est satelles, *quis morietur*. Imo, quod magis est, *pro benigno*, qui plurimos clementia & beneficentia sibi devinxit, *forte aliquis etiam audet oppetere mortem*, ut Damonis Pythiæque aliorumque amicitia testatur Conf. Val. Max. L. IV. c. 7. *Quare inusitatum inauditumque est factum*,  
nun-

nunquam satis celebratum, quod in eo suum amorem predicandum nobis praeberit Deus, cum adhuc deditissimi essemus peccatis, Christus pro nobis injustis & plane non beneficis mortuus sit.

§. 3. Hæc expositio 1) apte concinit scopo Paulino & cohærentibus membris; 2) de personis, ut ita dicam, ex priori & posteriori sequenti membro, confirmatur. ubi de infirmis & peccatoribus imo de injustis sermo erat; 3) nititur propria significatione vocum δικαίος & ἀγαθός. Justus enim, in oppositione ad beneficum, est rigide talis, qui ad minimam a justitia declinationem non conivertet, ritu Zaleuci, sed ad amissim juris minima crimina & delicta pœnis afficit, ut Sadducæi ad crudelitatem usque erant justi, Jos. L. Ant. Jud. L. XX. c. 20. cum illius, cui

Suscepta est legis vindicta severæ

Verba velut tinctum singula virus habent. Adeo ut *summum jus summa saepe sit injuria vel malitia.* Quo sensu Ecclesiastes justum vocat צדיק, δικαίον, Eccl. VII. 16. אל-תהי צדיק הרבה *ne sis justus nimium in censura ecclesiastica & politica.* Conf. Pfeifferi *Dubia Vexata* Cent. III. Loc. 97. p. 661. 662. Quo sensu Græci δικαίον & χρησόν sive ἀγαθόν distinguunt in gnome vetustissima:

Δικαίον εἶναι μάλλον, ἢ χρησὸς θέλει.

*Justus esse, magis quam benignus velis.*

Class. VII. Fasc. III.

H h

Item:

Item:

Κρίνειν δίκαιον, μὴ τὸ συμφέρον θέλει,  
Putare justum, non profuturum, velis.

Ut Terentius Act. I. sc. I. *justam* & *clementem* *servitutem* vocat, *justam*, ex annotatione Donati, in qua nihil iniquum, *clementem*, in qua etiam de justo multum remittitur. Ita *justitiae* *asperae* opponitur, teste eodem Donato, ad Ter. Andr. Sc. II. Act. I. p. 25. *lenitas*, *clementia*, *facilitas*. Quare ἀγαθὸς hic est, qui utilis, beneficus; & clemens reperitur, qui multum de justo remittit, pro quo facilius quis, quam pro rigide justo, quem respuit mortalis imbecillitas, in vetitum nitens & negata cupiens, morte defungitur.

§. 4. Lectio igitur consueta suo habenda est in pretio, cum singulae voces aptum fundant sensum, nec plurimi optimaeque notae Codices aliter velint. Neque interrogatio locum meretur, quia supervacua est, nullaque necessitate expressa, sensum enim diversum non gignit. Nec Syro suberat ratio, cur a communi omnium codicum lectione recederet, licet, si curate inspiciatur, sensum non creet plane intolerandum, nam si pro rigide justo, ideoque impio moritur nullus, nec pro illo, qui dicitur ἀσεβής, ut versu praecedenti ἀσεβής translulerat ἀσεβής, facile ullus moritur, quemadmodum crudelem rigidumque do-

dominum sui deserunt, quavis ingruente pro-  
 cella, & cum Deus intonuit, ut Ovidiana  
 phrasi utar. Hieronymi expositio veritati est  
 haud consentanea, nam omnes veteris novi-  
 que testamenti martyres, pro eo, quod erat  
 justum, rectum & bonum, lubentes exspi-  
 rarunt, tormentis dirissimis expositi. Mani-  
 chæi Persica sentiendi libido dudum repressa  
 est, & ab utroque testamento exsulat. Arrii  
 nova opinio se ipsa jugulat, cum Christus sit  
 & justus & bonus, justus iudex, bonus redem-  
 ptor, & ipsa patris tam justitia quam bonitas a  
 Theologis non uno argumento ostendatur.  
 Acquiescendum igitur in expositione a scopo,  
 cohærentia & vocum vi deprompta. Theod.  
 Beza ad h. l. istud ἡ ἀγαθὸς accipit masculino  
 genere non tamen Origenis exemplo de Chri-  
 sto exponit, sed de homine quovis bono, pu-  
 tatque eundem antea fuisse dictum δίκαιον. Ve-  
 rum ipse Paulus distinguit δίκαιον & ἀγαθόν, er-  
 go & nobis, lege distinguente, distinguendum  
 est. Ad eundem fere modum ἀγαθόν & δίκαιον  
 discernit Agrippa senior apud Gorionidem L.  
 VI. c. i. p. m. 543. טוב שומר רשע אויב צדיק.  
 ἀγαθὸς ἀνθυπατὸς ἀσεβὴς (ab affectibus infir-  
 matus, ut clanculum male agat) ἐστὶ ἢ ἐχθρὸς  
 δίκαιος. *Melior est procurator vitiosus hoste justo.*  
*In hostem justum & procuratorem, quia palam*  
*non est vitiosus grassator, bonum!*

D.

Inquisitio de *Antiquitate* *VERSIO-*  
*NIS N. T. SYRIACAE.*

S U M M A:

Versio Syriaca habetur esse Apostolicae aetatis. §. 1. Nonnemo eam post Constantini M. tempora factam arbitratur. *Primo*, quia Graeci vocantur *Λαοὶ*, Thracia dicta Romania §. 2. Ad hoc argumentum respondetur. Quod Aromoie sint Aramaei s. Syri. §. 3. *Secundo*. Quia doxologiam orat. Dominicae habet. Sed ea antiquissima esse probatur. §. 4. Alia contra eam argumenta.

§. 1.

**E**X quo Widmanstadius a Graecis orientali-  
bus acceptam novi foederis versionem in  
Germania publici juris fieri fecit, quod Wal-  
tonus in Prolegomenis digne fusiusque perfe-  
cutus est, auctoritas illius translationis viris  
litteratis tanta est visa, ut originem ejus ad vi-  
rum quendam apostolicum aetatemque apo-  
stolicam revocaverint. J. A. Danzius in Adi-  
tus Syriae reclusi praefatione ita: *In eo consenti-*  
*unt omnes, non interrupta & constanti Orientalium*  
*traditione adducti, quod viventibus adhuc Aposto-*  
*lis, ab istiusmodi viris sit confecta, qui Apostolo-*  
*docentes audiverint, a quibus in locis dubiis verum*  
*sensum explorare potuerint, & ipsa Salvatoris ver-*  
*ba, quantum per idioma licuit, restituere.* J. J.  
Spanheimius *Introd. Compend. ad Hist. Eccl.*  
N.

N. T. Sæc. II. p. 54. sq. *Versio Syriaca N. T. ex Græco facta, auctore quidem incerto, quem Marcum Evangelistam fuisse, Syri precario tradunt, uti de Marco Latini incerta alia, sed tamen eruditorum fere consensione ad hoc seculum maxima sui parte referenda.* Waltonus, Trostius, Gurbierius aliique eadem senserunt, quorum affectatores hodierna videt ætas.

§. 2. Sed quod pace tantorum virorum dixerit, indicia quædam Auctori Theologiae Habessinicæ c. II. §. 11. occurrerunt, quæ ex ejus sententia contrarium suadent, & Constantino Maximo translationem illam juniorem faciunt. Primo extra dubium esse judicat, Constantinum Maximum Byzantii urbem novis ornasse ædificiis, & Romam hanc novam, ut ex eo tempore vocabatur, Romæ veteri persimilem, æmulamque ab ipso factam consecrasset a. 330. a nato Christo. Quare factum sit, ut terra adjacens diceretur Romania, olim Thracia dicta, & incolæ appellarentur, Ῥωμαῖοι, quod cognomen illico ad ceteros Græcos ipsosque Aegyptios transierit. Anastasius Michaël Macedo in epistola ad M. Joh. Tribbechovium testatur id ipsam, τὸ ὀπιῶν, inquit, ὄνομα οἱ Χριστιανοὶ Ἐβληνες ὄνομα τὴν ποτὲ ἐπωνομίαν τῆς νέας Ῥώμης ἔστι, τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐκκληρονόμησαν, quod nomen Christiani Græci ab illa quondam denominatione novæ Romæ, hoc est, Constantinopoleos acceperunt. Conf. Carolus du Cange in Glossario mediæ & infimæ

Græcitatibus T. II. p. 1311. J. G. Eccardus de Usu & Præstantia studii *Etymologici* in historia §. 2. Godefridus Viterb. Part. XVII. Chronici p. 439. At Græci, pergit idem, in Syriaco testamento Romani dicuntur רֹמַי רֹמַיִם Rom. II. 9, 10. III. 9. X. 12. I. Cor. I. 22, 23. 24. Gal. III. 28. II. 3. Col. III. II. Act. XVI. 1. 3. XX. 21. XXI. 28.

§. 3. Verum enimvero Aramoie (a) sunt Aramæi, Syri. Naëman enim Syrus ita dicitur Luc. IV. 27. non רֹמַיִם, qui רֹמַיִם dicuntur Joh. XI. 48. Act. XVI. 27. &c. quando enim Græcus, natu quidem talis vel lingua, sed ex Hellade non ortus, indicatur, Syrum eum vocat, itidem non Israëlitam, Syrus, vel gentiles, populos, plenitudinem gentium tum Græcos vocat רֹמַיִם Act. VIII. 4. 17. Joh. VII. 35. רֹמַיִם Joh. XII. 20. רֹמַיִם רֹמַיִם Joh. VII. 35. veros Græcos Syrus vocat רֹמַיִם Jones Act. XIV. 1. VI. 1. XI. 20. XVII. 4. eorumque linguam, non Aramæam, sed Jonicam Ap. IX. 11. Joh. XIX. 20. Act. XXI. 37. IX. 29.

§. 4. Alterum argumentum auctor desumpsit inde, quod doxologia orationi dominicæ in

(a) At vero hac voce intelligendos esse Scythas, puto a me ostensum esse hujus Bibl. Cl. V. Fasc. II. diff. 5. §. 10. sqq. Confer autem cum his ejusdem fasciculi diff. 4. & fasc. XXIX. diff. 1. T. d. H.

in Syriaco N. T. compareat, paulo post Athanasium in codices nonnullos inuenta, iudice Millio in N. T. ad Matth. VI. 13. p. 14. sq. & in prolegom. p. 121. col. 2. Addi potuisset Arias Montanus, idem confirmans in animadversione ad Matth. VI. 13. Verum antiquissimi quidam Patres doxologiam illam habent, Basilius, Chryostomus, Euthymius, Theophylactus, translator Arabicus. Et licet Latini patres Tertullianus, Cyprianus, Hieronymus, Ambrosius & Augustinus illud incisum prætereant, Brugensis tamen uno Parisiensi codice excepto, ceteros omnes Parisienses græcos id habere, contendit, adeo ut ipse etiam Erasmus idem versionis suæ primæ, Leonis X, auctoritate roboratæ, inseruerit. Videtur igitur pæne necessarium patres illos Athanasio fere ætate suppare non ex fingendi libidine preces Domini nostri mandato sacras interpolasse, sed aliunde illam doxologiam accepisse, quæ vero ab illo codice, unde latina versio concinnata est, abfuit. Esto tamen, doxologiam illam additamentum esse recentioris ætatis, inde tamen antiquitati versionis Syriacæ nihil detrahitur. Si enim Græcis codicibus, quorum origo Apostolica erat, quædam potuerant inseri, quod adversarius largiri videtur, quid obstat, quo minus Syriacæ versionis, eadem fata contigerint?

§. 5. Omittendum tamen non esse censeo, Johannem Clericum in Historia Ecclesiastica

II. Sæc. a N. C. versionis Syriacæ non meminisse, cujus indubie originem ad propius nobis sæculum rejiciet. Quod si etiam verum sit, (b) quod cum Bentlejo Lud. Küsterus in Præf. ad Millii Prolegomena & ad Gal. IV. 25. monet, scilicet verba illa: *Σινᾶ ὅρθη ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ*, quæ in Syriaca translatione etiam leguntur, esse Scholiastæ, a codice Borneriano abesse, & ideo non primo vel secundo statim sæculo in textum intrusa esse: Si porro verum sit, quod Küsterus l. c. notat, illud incisum Joh: V. 4. dubium esse, in præstantissimis MStis vel non legi, vel in margine, vel signo suppositionis adscripto obvium esse, a codice Cantabrigiensi abesse & proinde ex traditione quadam, cujus Tertullianus primus meminit, insertum esse: si tandem verum esset, Errum sive *Ἀραμαίως* ab Arabibus quosvis non Judæos, non Saracenos, appellatos esse, a quibus genere Græci, *Jones*, discriminandi fuerint: nec falsum sit, Evangelium juxta Ebræos Syriace scriptum Euseb. H. E. L. IV. c. 22. Nazaræis in deliciis habitum, & a Matthæo diversum, fecus ac Hieronymus putavit, Syris instar commentarii de vita & gestis Christi dogmatibusque Apostolorum satis diu inserviisse; quod si hæc singula, inquam, lu-

(b) Id autem verum non esse luculenter ostensum est ab Herm. WITSIO in Misc. S. T. II. exerc. V. integra, & a Fratre meo, *Ἰωανναεῖω* in ipsa hac Bibl. Cl. I. fasc. V. diff. III. §. 5. sqq.

luce sua radiant, ipse mea sententia dimotus,  
 juniorem, quam vulgo putatur, versionem  
 Syriacam esse, measque contrarias ra-  
 tiones nullas credide-  
 rim.



IV.

THEODORI HASAEI,

de  $\eta\eta\eta$  *Gente Kav, Kav, cuius*  
 mentio fit Es. XVIII: 2, 7.

Commentatiuncula.

ARGUMENTUM.

Ex gentiliū scriptis multa lux s. scripturæ locis §. 1. In-  
 ter eos hic Esaiæ est. Variæ illius inteipre-  
 tationes, cum eorum, qui a significatione *lineæ* dis-  
 cedunt. §. 2. tum qui *hanc* retinent §. 3. Qualis  
 hic aliis anteferenda sit? §. 4. Quod ut pateat no-  
 tandum est, hic agi de AEGYPTO, quod de omni-  
 bus & singulis phrasibus, quæ vs. 1. & 2. occurrunt,  
 ostenditur §. 5, 6, 7, & 8. Sigillatim, explicatur  
 phrasis  $\eta\eta\eta$ , quod explicatur, *gens inaccessa*  
 & *insuperabilis*. Id autem convenit Aegyptiis §. 7.  
 Unde infertur HANC quoque phrasin de Aegyptiis  
 esse explicandam §. 8. Quod porro ostenditur ex  
 genuina  $\eta\eta\eta$ , quæ vox notat *lineam* & *funicu-*  
*lum Geometricum*. Loca Ps. XIX: 5. & Es. XXVIII:  
 9, 10. illustrantur. Gnosticorum *Caulacau* vel  
 $\eta\eta\eta$ . §. 9. Illustrari ita hæc phrasis pot-

est a ritibus Aegyptiorum, primum (A) *dimetiendi agros lineis suis*, qui inundationibus Nili turbati erant. Quod ostenditur e Servio, Strabone, Herodoto. §. 11. Unde inventio *Geometriae* tributa Aegyptiis §. 12. Qui eandem solerter deinde excoluerunt §. 13. Hinc probatur dictos esse *gentem lineae, lineae*. §. 14. Additur (B) mos alter, *lineis indicandi* *ἡ ἀναβάσει* Nili, cuius Aegyptios maxime intererat. *Νειλοσηπειον. Νειλομετρίον*. §. 15. Huc quoque (C), referendae videntur *fossae linearum* ordinatae, quibus tota Aegyptus erat concisa §. 16. Porro *לן לן ין*, (D) verti potest, gens *lini, lini*. Ea enim notio quoque est *לן לן*. Quid *לן לן*, *לן לן*. *Coa* insula. §. 17. Ita dici autem potuere Aegyptii. His enim *lini* & *texturae inventio* tribuitur, & *cultura. Linyphiones*. *Linum Pelusiacum*. §. 18. Lini negotiatio ex Aegypto per omnem terram & Palaestinam. Quid sit *לן לן* in locis I Reg. X: 28. & 2 Chron. I: 16. §. 19. Unde inferitur nulla hic opus esse emendatione contra sententiam Viri Docti. *Vulgata Herodoti lectio* retinenda. *Κίχι*. §. 20.

§. I.

**V**eteris aevi scriptores, quamvis extra communionem ecclesiae Christianae collocatos, persaepe in praestantissimorum sacrarum literarum Interpretum censum esse referendos, frequenti rerum usu deprehendi. Identidem enim inscii, atque prorsus aliud agentes ea consignarunt literis, ex quibus, si in Viros inciderint, qui eas scite ac prudenter tractare norunt, sacris pandectis plus luminis ac splendo-

doris inferri potest, quam ex Rabbiorum, (quamquam & hi non usibus suis destituti sunt,) & parum abest, quin addam, multorum ecclesiae priscae Doctorum, quibus ex instituto scripturam illustrare conati sunt, commentariis. Id autem cum nostris quoque diebus ab illis, quos id omnium decebat minime, non sine insigni detrimento, immo clade politiorum juxta, ac sacrarum literarum in dubium vocetur, sua laude non fraudandos esse existimo, qui id subinde monent, inculcant strenue, & exemplis omnem exceptionem respicientibus confirmatum eunt. Tale autem nobis suppeditare locum Esaiæ XVIII: 2, 7. ubi commemorari legis  $\text{קָן קָן יָג}$ , gentem *Kāv Kāv*, ex hac dissertatione faxo, ut cognoscas luculenter.

§. 2. Illud autem cum non satis adtenderent Interpretes, videas eum locum illos vexasse, & vicissim hunc ab illis variis, iisque satis contortis conjecturis vexatum fuisse, quarum aliae a significatione ipsa vocum prorsus abhorrent, aliae propius quidem ad hanc accedunt, ita tamen ut circa illius denominationis rationem fluctuandum tibi valde sit, omnibusque lectis incertior discedendum quam fueras dudum. Ad priorem classem referri possunt sequentes. Alexandrini Interpretes, quos Cyrillus & Procopius sequuntur habent,  $\text{ἰθὺⲥ ἀνελπιστον}$ . Aquila,  $\text{ἰθὺⲥ ὑπομενον}$ . Jonathan Chaldaeus:  $\text{נְבוֹ נְבוֹ יָג}$

אֲנִיטָא וְבוֹיָא i. e. gentem oppressam & afflictam.  
 A quo non longe abluunt Syrus & Arabs,  
 quorum ille populum foedum & conculcatum, hic  
 gentem insperandam & contritam transferunt.  
 Vulgatus reddit, gentem expectantem, quam  
 versionem plurimi ex Pontificiis, Sanchez,  
 Sa, de Roa, Tirinus, Thaddæus Perusinus,  
 Montanus & alii cum secuti sunt, tum defen-  
 dunt; Hieronymus & Haymo gemi-  
 nant. *Expectantem, Expectantem.* E nostris  
 Leo Judas, qui habet gentem *avide expectan-*  
*tem*, Pintus autem & Isidorus Clarius, qui  
 Kimchii explicantis מעט מעט, (a quo etiam  
 non abludit R. Salomon ben Melech מלל יומי  
 vertens מעט מעט אחר מעט) insistunt vestigiis *juste,*  
*paulatim, Malvenda, collectionis, collectionis,*  
 R. Salomon Isacides, interpretatur מרה במרה  
*mensura pro mensura, ita tamen ut & addat*  
*aliam explicationem קו קו לשון קיא שהי ומאוש*  
*Kāv, Kāv, ex notione קיא, i. e. vomitum, purga-*  
*mentum, rem foedam דדק* notat quosdam ex-  
 plicare aedificium post aedificium. Calvinus  
 vertit undique, Castalio gentem alios & alios li-  
 mites habentem, Pellicanus gentem successive &  
 pedetentim docendam, discendam, & ordinandam.  
 Tigurini; ein verzweiffeltes und verschaktes  
 Volck. Dani, til Folket, som er her og der  
 afmaalt, C. Vitringa; praecepti & praecepti,  
 §. 3. Ad alteram classem pertinent, qui  
 in expositionibus suis ad veram קו קו notio-  
 nem, quae lineæ est & mensuræ, respiciunt.

v. gr. Aben Esra, qui habet, *gentem similem puero discenti lineam post lineam*. Judaei Germani; die da seyn bezahlet worden mit dergleichen Schnur. Pagninus transtulit *gentem lineatim operantem*, & in Thesauro in verbo  $\text{כּוּב}$ , *perpendiculari, perpendiculari*, a quo etiam non abludit Marius in voce  $\text{יָב}$ , qui habet *funiculi & funiculi*, ut & Malvenda, qui cum varias sententias conjunxerat, addit, *regulae, regulae, normae, normae, fili & fili*. Piscator vertit; *omnibus delineantem* & in Germanica versione; Ein Volck/ das jederman Ziel und Maas setzet. Forsterus & Avenarius, *gentem perpendiculari vel funiculi*, Mercerus, *regulae & regulae*. Delrius ad *amussim* seu ad *regulam*, Italice ad *filo*, ad *filo*. Oecolampadius, *gentem funiculi, funiculi*. M. Hillerus, *gentem lineis signatam*, i. e. strigis rugisque deformem. Coccejus in commentario ad h. l. *gentem ad lineam & lineam conculcatam*; & in Anecd. T. I. *gentem norma paulatim prolata conculcatam*. Grotius *gentem*, quae paulatim protendit imperii sui terminos. S. Schmidius, *gentem valde*, sc. *linea descriptam* sc. ad destruendum: & alibi *delineatam*. Junius & Tremellius; *lineae* uti alii magno numero, v. gr. Arias Montanus, Scultetus, Forerius, Vatablus, à Lapide, Schindlerus, Varenius, *gentem lineae & lineae*. Hos secuti sunt Belgæ; *Een volck van Regel ende regel*; Lutherus, qui acu rem prae aliis tetigisse videtur; *Ein gemessen Volck/*  
 uti

uti Angli ; à Nation medet out , & Horchius,  
ein Volck das abgemessen ist.

§. 4. Operosius , quam mos meus fert,  
haec colligere volui , cum , ut liquido pateat,  
in hoc loco , qui usque adeo summorum Vi-  
rorum ingenia in diversa distrahere , & ad  
tam ut plurimum contortas interpretationes  
adigere potuit , nodum delitescere vindice  
dignum , tum , ut , postquam uno prospectu  
eas omnes intuitus es , meamque , quam ad-  
dam , contuleris , eo melias arbitrari possis,  
quaenam sequenda , & reliquis praeferenda  
siet. Talis autem sine omni dubitatione illa  
erit , quae & a genuina vocum significatione  
omnium minime discedit , & cui cum toto ar-  
gumento apprime convenit , illius deniq; ge-  
neris est , ut ad aliam quamcunque rem  
difficiliter admodum transferri queat.

§. 5. Ad illum finem itaque notemus in  
hoc capite agi de AEGYPTO , atque ad  
unum OMNES , quae his commatibus de ea  
usurpantur , phrasas , eum in modum sensu  
*ἰμφορακοσιῶ* cum illa congruere , ut aptari  
vix alii plagae commode possint. De phrasi  
ארץ צלצל כנפים id peculiari diatribe , quae  
locum in XXXI. hujus Bibliothecae fascicu-  
lo obtinuit , ostendi. Quando dicitur , אשר ,  
כוש מעבר לנערי כוש quae est trans flumina  
inducatur Aegyptus , quae Israelitis ad alterum  
latus terrae כוש , id est , Arabiae , adeoque  
trans sinum Arabicum sita erat. Cum addi-  
tur

tur quae mittit in mare צירים, & in vasis Jun-  
ceis במא בכלי, id de Aegypto, in cujus illu-  
stri fluvio, Nilo, quem mare dici demon-  
stravimus alibi, navibus levibus, scirpeis,  
junceis, papyraceis, quae mox dicuntur  
מלאכים קלים, nuncii leves, vehentur, &  
in quo צירים (a) id est, imagines (sive id de  
capite Osiridis, sive de baride Isidis, sive Dy-  
nastis Aegyptiorum intelligas) solenni cae-  
rimonia circumferebantur, intelligendum  
omnino est.

§. 6. Nota pariter Aegypti characteristi-  
ca est, quando dicitur מורט detonsa, depilata.  
Ecquis enim audit eam nationem id habuisse  
prae aliis in more positum, ut non solum  
sacerdotum & voti damnatorum capita, sed  
& tertio quoque die tota corpora raderen-  
tur, imo omnes Aegyptios inde ab ineunte  
aetate capita solitos fuisse tondere, qui non  
simul animadvertat statim, singulari pror-  
sus ac primo modo Aegyptiorum gentem dici  
potuisse מורט detonsam? Neque minus aptum  
eorum χερμεσιν est, quando dicitur עם נורה  
מן הוא והלאה, i. e. populus terribilis, a quo  
fuit Ⲙ usque, quod eorum, ut loquitur Vitrin-  
ga, regnum post Babylonicum fuit antiquissimum,  
idemque vicinis populis ob copiam hominum Ⲙ  
opum amplitudinem, Ⲙ exercitium robur, addo  
&

(a) Confer, quae a nobis notata sunt Tomi sexti hujus  
Bibl. p. 348. & Juriaei hist. cit. dogm. & cult. pag.  
684. & quae deinceps ad §. 15, notabuntur.

& crudelia, quae aliis populis intulit, bella, *tremendum.*

§. 7. Unicum adtributum, quod illi datur hoc secundo & septimo commatibus, quando Aegyptii appellantur מִצְרַיִם, videri posset generale nimis, & aliis quoque gentibus commune. Cum enim illud exponunt populum *protractum*, *distractum*, quia illius terra à mari Syenem usque tota pateat in longitudinem, quis hoc peculiare Aegypti esse *κεντρον* diceret, cum & aliae regiones quam plurimae in longitudinem *distentae* sunt? Sed notari velim מִצְרַיִם etiam notionem habere rei *validae insuperabilis* atque *inaccessae*, id quod ex collatione linguae Arabicae nos docuit Albertus Schultens, in animadv. phil. in Jobum p. 108. qui doctissimus vir ex eodem fonte sanctae linguae multum inferet luminis, si, quod facturum propediem speramus, fidem, quam publice dedit, liberaturus est. Nemo autem dubitabit eo sensu commodissime id nominis dari posse Aegypti incolis, nisi qui ignoraverit, quod vix quisquam ignorare potest, tunc tempestatis, qua vivebat Esaias, eos virium robore, hominum affluentia, armorum gloria omnes fere gentes longo intervallo post se reliquisse. Praeterea illorum regio ita locorum situ erat munita, ut insuperabilis atque inaccessa fere haberi potuerit. A plaga septentrionali mari pulsabatur mediterraneo, cujus littus & infestum erat

navi.

navibus & importuosum. Ab occasu deserto impervio & erythraeo mari claudebatur. Ad meridiem Nili cataractae & inaccessa montium Aethiopiae juga, sicut a plaga Orientali Libyae arenae & barathra & Serbonidis paludes eam cingebant, muniebantque. Vide Diodorum Siculum, & Strabonem, illum L. I. p. 18. hunc L. XV. p. 819. hæc latius explicantes. Unde & ille de illa scribit, ὄχυροτητι δε φυσικη κ' κ' ὀλιγω δοκεν προεχειν των εἰς βασιλειαν ἀφορισμενων τοπων, *munimento naturali non parum videri antecellere loca alia in regnum divisa*, vocatque L. XV. p. 478. δυσπροσιτον πανταλως ἔσαν Αἴγυπτον, hic autem ei adscribit L. XVI. αὐταρκες τις χωρας, καὶ το δυσειβολον τις ἐξωθεν, quod suis sit contenta bonis regio, & in quam exteris difficilis sit ingressus. Adhæc erat ἀθανατω τειχειτω Νειλω πετεισμενη, & ἀναλωτῳ μῦν ὦν καὶ δυσμαχιῳ τοις ἐπιβλευσιν, *Nilo tanquam immortalis muro circumdata, & insuperabilis & inexpugnabilis insidiatoribus*, ut loquitur Isocrates in Or. de Buliride p. 214. Eadem itaque ratione, qua מִצְרַיִם 2. Reg. XIX: 6. Esa. XIX: 6. Mich. VII: 12. unde nomen illi מִצְרַיִם datum existimat Bochartus, dicta est Aegyptus, eam quoque quam tractavimus, nancisci potuit denominationem.

§. 8. Pariter, quod sequitur proxime, quando Aegyptus appellatur מִבּוֹסָה, *conculcata*, quis ambigat id eam ob causam, quae soli huic regioni priva est, fieri, quod, cum

eluvione Nili macerata esset, & deinde ex-  
 ficcata, suis deinde, aliisque pecudibus  
 in agros immixtis conculeanda tradi solet,  
 uti ex Herodoto & Diodoro perapte id ob-  
 servavit Vitrunga? Denique, cum adjungit-  
 tur, גוי אשר בואו נהרים ארצו, *Gens cu-*  
*jus terram diripiunt fluvii*, ecquis non animad-  
 vertit haec Aegypto, eique SOLI conveni-  
 enter, congruenterque dici, utpote, cujus so-  
 lum & ager, cum quotannis Nili aquis ob-  
 rueretur, ejus inundationibus non parum  
 patiebatur detrimenti? Ex quorum omnium  
 consideratione cum constet phrasēs in tota  
 hac oratione adhiberi ad Aegyptum eamque  
 SOLAM pertinentes, hanc quoq; quae reli-  
 quis veluti undiquaque cincta est, ejus spe-  
 ciei esse, nemo facile dubitaverit.

§. 9. Id vero patebit liquido, si veram &  
 propriam קו notionem adtenderimus, quae  
 est LINEAE, *perpendiculari, normae, regulae, funi-*  
*culi mensorii*, quo in primis GEOMETRAE,  
 agrorum mensores, fabri lignarii, caemen-  
 tarii, aliive opifices, utuntur, ut ad amu-  
 sim opus efferatur. Vide 1. Reg. VII: 23.  
 2. Reg. XXI: 13. 2. Chron. IV: 2. Job,  
 XXXVIII: 5. Ec. XXVIII: 17. XXXIV: 11,  
 17. XLIV: 13. Jer. XXXI: 39. Thren. II: 8.  
 Ezech. XLVII: 3. Zach. I: 16. Interpretes  
 Alexandrini vertunt *καμη, μετρον, διαμετρησης,*  
*σπαρτηριον ΓΕΩΜΕΤΡΙΑΣ.* Aquila, *κανων.* Sym-  
 machus *χειριον.* Hinc lineam aequinoctia-  
 lem

lem Astronomi Ebraeorum vocant קו השמה.  
 Hinc vox קו eadem significatione venit  
 Jos. II: 18. 21. & Job. VII: 6. Neque minus  
 in decantato illo loco Es. XXVIII: 9. 10. ubi  
 legitur קו לקו קו לקו *Kaule, Kau (b) gemi-*  
*natum, commode notio lineae, canonis, regu-*  
*lae retineri potest, uti retinuerunt in versio-*  
*bus suis Hispani, Galli, Angli, praeter quam*  
*plurimos tam Judaeorum, quam Christiano-*  
*rum Interpretes. Quin & Ps. XIX: 5. Quam-*  
*quam enim קו vertit Apostolus LXX.*  
*secutus φθογγον αυτων & illa versio ex Ara-*  
*bica lingua illustrari possit scite, in qua قوا*  
*sive قوا kawa notat clamare, vociferari,*  
*quae elegans observatio Eduardo Pocockio*  
*debetur, tamen & heic loci lineae seu funiculi*  
*significantiam apprime retineri posse in ipsa*  
*hac Bibliotheca luculenter jam ostensum est*

li 2 Cl.

(b) Ab hac voce mutuatum videtur monstrum illud  
 vocabuli, *Caulacau*, ut Irenaeus habet, vel *καυλαυ-*  
*καυχ* Epiphanii, vel *καυλακαυχ* Jo. Damasceni, vel  
*καυλακουα* Theodoreti, quo Gnosticos veteres,  
 Nicolai & Basilidis sectatores usos fuisse scribunt.  
 Vide de eo *Petavii* Notas ad Epiph. Haer. XXV.  
*Rebelii* Antiq. Eccl. S. I. art. 6. S. *Danaei* (qui non  
 ex hoc Esaiiae loco arcessit, sed putat corruptam  
 vocem ex Ebraico קו, quasi Servator ita dictus  
 sit *Caula & Caulana pro Goala & Goalana*) *Comm.*  
*ad August. de haer. c. 4. Wetstenium* ad Orig. exhort.  
 ad Mart. p. 101. *Fevardentii & Grabii* notas ad  
 Iren. L. I. c. 23. & integram diss. de hoc argumento  
 Viri eruditissimi Io. Christiani *CLODII*, quae pro-  
 diit *Wifeb. 1706. T. d. H.*

Cl. II. fasc. V. pag. 836. sqq. Alias apud Arabos  $\varrho$ ' vel  $\alpha$ ' est quoque *funiculus*, & apud Giggejum  $\text{קלל}$ , teste Bocharto est *funis ex funiculis contextus* ab hac radice quoque descendit  $\text{קקל}$ , unde Jos. II: 21.  $\text{קקל אדום}$  est *funiculus coccineus*.

§. 10. Ex quibus cum abunde pateat, quae genuina  $\text{קל}$  sit significatio, tantum abest, ut ea in hoc loco sit eliminanda, ut e contraria parte omnino retinenda videatur, quod apud auctores  $\text{τὸ ἐξω}$  aliquid inveniamus, quo edocemur Aegyptiis a LINEA & *funiculo mensorio* prae omnibus terrae nationibus & elegantissime & nervosissime nomen imponi potuisse.

§. 11. Audiamus primo loco. SERVIUM, ad Virg. Ecl. III. v. 41. Radio, scribit ille, id est, virga philosophorum, qua Geometrae LINEAS indicant. INVENTA AUTEM HAEC ARS EST TEMPORE, QUO NILUS PLUS AEQUO CRESCENS, CONFUDIT TERMINOS POSSESSIONUM; ad quos innovandos adhibiti sunt philosophi, qui LINEIS dividerunt agros; inde GEOMETRIA dicitur: Addamus STRABONEM Geogr. L. XVII. p. m. 787. Ubi in triginta nomos Aegyptum divisam narraverat addit;  $\text{παλιν δε οι νομοι τοις αἰμας ἔχον, εἰς γαρ τοιαυτας οι πλειστοι διηρηθη, καὶ αὐται δ' εἰς αἰμας, τομας ἑλαχισται δ' αἱ ἀρχαι μεριδες. Ἐδεησε δε της ἐπ' ἀπειβες καὶ κατα δισπλον διαριστικε δια τας συνεχεις των ὄρων συγ-}$

H. B. T. 201. 104 W. 78

χυσης, αἷς ὁ Νεῖλος ἀπερχομένη καὶ τὰς ἀντι-  
 στήσεις, ἀφαιρῶν καὶ προσθεῖς, καὶ ἐναλλασσῶν τὰ  
 σχήματα, καὶ τ' ἄλλα σημεῖα ἀποκρυπτῶν, οἷς δια-  
 κρινεῖται τὸ τε ἀλλοτρίον καὶ τὸ ἴδιον. ἌΝΑΓΚΗ Δὲ  
 ἌΝΑΜΕΤΡΕΙΣΘΑΙ ΠΑΛΙΝ ΚΑΙ ΠΑΛΙΝ. Ἐντε-  
 ρην δὲ καὶ τὴν γεωμετρικὴν συστηνῶ φασιν. *Rursus  
 hae praefecturae divisae fuere aliter, majore enim  
 in parte in toparchias dispescebantur, hae rursus in  
 portiones alias, quorum minimae arva erant. Opus  
 autem fuit tam diligenti ac subtili locorum divi-  
 sione, propter continuas finium confusiones, quas Ni-  
 lus auctus efficiebat, aliis addens, aliis adimens,  
 Ἐὶ immutans figuras, Ἐὶ signa obruens, quibus pro-  
 prium discernebatur ab alieno. Itaque identidem  
 dimetiri oportebat. Atque hinc ab Aegyptiis Geo-  
 metriam credunt inventam fuisse. Haesere haec  
 haud dubie ex HERODOTO, cujus haec  
 verba sunt in Euterpe c. 109. Τῶν μὲν δὲ εἰνε-  
 καὶ κατεμήθη ἡ Αἴγυπτος καταμετρεῖν δὲ τὴν  
 χώραν Αἰγυπτοῖσι ἀπέειπε τῶν ἄλλων τὴν βα-  
 σιλεῖα, κληρὸν ἴσον ἕκαστῷ τετραγώνῳ δίδοντα,  
 καὶ ἀπο τῆς τῆς προσόδου ποιησέσθαι, ἐπιτελεῖν τὴν  
 ἀποφορὴν ἐπιτελεῖν καὶ ἑνιαυτῶν. Εἰ δὲ πινθὲ τε  
 κληρὸς ὁ ποταμὸς πικρὸν ἔλθῃ, ἔλθῃ ἂν πινθὲ αὐ-  
 τῶν, ἔσημανε τὸ γεγενημένον, ὁ δὲ ἐπεμπε τῆς ἐπισκεψο-  
 μένης καὶ ἀναμετρήσονται, ὅσῳ ἔλασσων ὁ χωρὸς  
 γεγῆνε, ὅπως τὰ λοιπὰ κατὰ λόγον τῆς τετραγμένης  
 ἀποφορῆς τελεῖσι. δοκεῖ δὲ μοι ἐπευθεῖν γεωμε-  
 τρικὴν εὐρεθεῖσα, εἰς τὴν Ἑλλάδα ἐπανελθεῖν. *Hac de  
 causa Aegyptus intercisae est, Ἐὶ ab hoc rege, (Se-  
 fostri) ut dicebant, in omnes Aegyptios disparti-  
 ta, soli quadrati aequa portione viritim per sortem  
 Li 3 data.**

data, atque hinc proventus instituti, imposita certa pensione, quam illi quotannis solverent. Quod si cuius portionem alluvione flumen decurtasset, is adiens regem, rei, quae contigerat, certiore faciebat, rexque ad praedium inspiciendum mittebat, qui metirentur, quanto deterius factum esset, ut ex residuo pro portione taxatum vectigal penderetur, atque hinc GEOMETRIA orta videtur in Graeciam transcendisse.

§. 12. Videmus heic inter alia ab his trium viris GEOMETRIAE, quae ars circa ἰσότητες, e. lineamenta & funiculos mensorios occupatur in primis, inventionem adtribui Aegyptiis. Id autem aliorum quoque testimoniis confirmari potest. Aegyptios dicere se inter alia quoque τὴν ἀρχαίαν τῆν γεωμετρίαν θεωρημάτων εὐρεθῆναι Diodorus scribit Siculus L. I. p. m. 63. Δεγασσι Αἰγυπτιοὶ ὡς αὐτοὶ ΓΕΩΜΕΤΡΙΑΝ, καὶ ἀστρολογίαν, καὶ ἀριθμητικὴν ἀνευροῦν. Verba sunt Diog. Laertii in prooemio c. 11. qui pariter L. VIII. c. 11. Moeridem Aegyptii Regem τῶν ἀρχαίων τῶν γεωμετρίας invenisse narrat. Idem quoque Thaletem ΠΑΡΑ ΤΕ ΑἴΓΥΠΤΙΩΝ ΓΕΩΜΕΤΡΕΙΝ ΜΑΘΟΝΤΑ πρῶτον κατὰ γράψαν ἐπιῆμιχκελίῳ τῷ τετραγώνῳ ἐρθογωνίῳ ex Pamphila refert L. I. c. 24. Aegyptiorum cuidam Deo, cui nomen Θεῦθ, qui tempore Thami Aegyptii Regis vixit, inventum illud vindicat Plato in Phaedro, sub finem. Eandem scientiam ἐκ τῶν ἀπλητῶν τῆς γῆς, καὶ τῆς ἀστρεολογίας τῶν χυμῶν edoctos reperisse Aegyptios Suidas auctor est.

est. Pariter illam ἘΠΙ ΤΗΣ ΓΕΩΔΑΙΣΙΑΣ ἘΝ  
 ΑἴΓΥΠΤῳ ab illa partitione terrarum, quae in Aeg-  
 ypto fiebat, initium duxisse, & ad tantam magnitu-  
 dinem excrevisse Julianus scribit apud Cyril-  
 lum contra Jul. L. V. p. m. 178. uti Strabo rur-  
 sus L. XVI. p. 757. τῶν Αἰγυπτίων εὐρημα γεωμε-  
 τριαν φασὶ δόξαι τῆς χωρομετρίας, ἣν Νεῖλος ἀπεργα-  
 ζεται, συγχρῶν τῶν ὄρων καὶ τὰς ἀναβάσεις, Aegy-  
 ptiorum inventum Geometriam dicit propter terrae  
 dimensionem, quam Nilus causatur, cum terminos &  
 accessiones confundit. Menander Rhetor, qui in  
 συλλογῇ Rhetorum Graecorum ab Aldo edita  
 Manutio Venetiis a. 1508. locum decimum  
 occupat, ὡς, αἶτ, ὡς Αἰγύπτου, ἀρεολογίαν καὶ  
 ΓΕΩΜΕΤΡΙΑΝ εἰκασίαν περὶ αὐτῶν γεγενῆσθαι L. III. p.  
 608.

§. 13. Haec porro ars, quae initia sua debuit  
 Aegyptiis, ab iis secuturis temporibus perpo-  
 lita atque exculta fuit solerter. Ita inter sci-  
 entias, in quas adolescentes Aegyptii omisso  
 voluptatū studio incumbebant, recenset quo-  
 que γεωμετρίαν Isocrates in Or. de Busiride p.  
 m. 226. Menander modo adductus l. c. Ale-  
 xandrinis τῇ γεωμετρικῇ, ΓΕΩΜΕΤΡΙΑ, καὶ φι-  
 λосоφίᾳ operam dare adhuc suo tempore te-  
 statur. Et de eadem urbe loquens Ammianus  
 L. XXII. c. 16. Ne nunc quidem, inquit, in  
 eadem urbe doctrinae variae silent; **NUDATUR  
 IBI GEOMETRICO RADIO**, quidquid recon-  
 ditum latet.

§. 14. Per haec itaque edocemur, Aegyptiorum agros LINEIS dimetientibus publica regiaque auctoritate fuisse divisos, eosque unicuique fuisse ad mensuram aequalibus intervallis adsignatos, &, cum singulis annis agrorum limites turbasset Nilus, identidem illam agrorum dimensionem ad normam, regulamque, sive *επαρπον της γεωμετρίας* institui ac repeti debuisse. Hinc Geometriam i. e. *artem, qua terra LINEIS & radiis distinguitur*, ab Aegyptiis primum inventam, deinde illorum opera ad alias gentes propagatam fuisse. Inde autem primariam rationem arcescendam, ob quam Aegyptii *קו קו נוי*, GENS LINEAE, LINEAE dicti sunt; sive a *linea & funiculo mensorio* nomen traxerint, opinor. Neque dubito, quin alii id mecum opinaturi sint, qui secum reputaverint, veram ac genuinam *אשר בזהו נהרים* significationem ita retineri, & talem denominationis rationem dari, quae Aegypto priva sit, neque ulli alii genti eo modo impertiri possit. Neque negligi debet phrasim, quae statim annectitur, *אשר בזהו נהרים*, qua quasi tacite innuitur causa, ob quam lineis utendum fuit Aegyptiis, ne scilicet vel agrorum possessores, vel etiam regii reditus aliquid paterentur detrimenti, ob *affuso stagnantem flumine Nilum*, quando ille *ἀπεργαζεται κατὰ τὰς αὐξήσεις ΑΦΑΙΡΩΝ καὶ προσιθεις, καὶ ἐναλλακτικῶν τοῦ σχήματι, vel εἰ τινα τὰ κληρὰ ποταμῶν παρελείπει*, ut Strabonem & Herodotum

dotum loquentes audivimus, i. e. ex phrasi  
nostri divini vatis, quando *fluvius* i. e. Nilus  
eorum terram diripiebat!

§. 15. Illi autem causae, quae princeps &  
palmaria hujus phraseos est, adjungi fortasse  
possent aliae, paulo minoris momenti. Ta-  
lis est mensura incrementi Nili annui summa  
cum cura & attentione certis quibusdam li-  
neis notari & signari solita, quae quidem di-  
mensionis ratio per totam Aegyptum, cujus  
felicitas ab illa paene pendeat, magna cum  
cærimonia divulgabatur. Ita Diodorus Sículus  
refert L. I. p. m. 33. propter metum ex inundatio-  
ne ortum speculam Nili (Νειλοσκοπειον) in Mem-  
phi a regibus exstructam, in qua ejus adscensum  
ἀκρίβως ἰκμετρῶντες, illius Curatores mittunt in ur-  
bes epistolas, (c) quibus significant ποσὸς πηχέων  
ἢ δακτύλων, quot cubitos aut digitos adscenderit  
fluvius, & quando decrementi faciat ini-  
tium. Illius autem mensurationis observationem  
per multas aetates ab Aegyptiis accurate (ἀκρίβως)  
in literas relatam esse addit. Strabo L. XVII.  
p. m. 817. in urbe Syene scribit esse Νειλομετεριον,  
id est, puteum quendam in Nili ripa ex integro  
lapide constructum, in quo & maxima & mi-  
nima & mediocria Nili incrementa adno-  
tantur, quia putei aqua cum Nilo crescat &

li 5 de-

(c) Considerandum propono, an ex his Herodoti  
verbis lucem mutuari debeat phrasis, quae eodem  
hoc commate legitur, qua Aegyptus dicitur  
השלה בים צירים

decreſcat, quia in putei pariete ſunt deſcri-  
 ptae meſurae, ſ. lineae, ΜΕΤΡΑ των τελειων  
 και ἀκρων ἀναβαſεων, ſic Plinius teſtatur Nili  
 auſtus per puteos *MENSURAE NOTIS* depre-  
 hendi L. V. c. 10. Audiamus denique Helio-  
 dorum Aeth. L. IX. c. 25. referentem Hy-  
 daſpi Syenem ingrediuntī oſtenſum Φρεαπων,  
 το ΝΕΙΛΟΜΕΤΡΙΟΝ, τω κατα την ΜΕΜΦΙΝ ωδω-  
 πλησιον, ſυννομω μεν και ξερω λιθω κατασκευα-  
 μενον. ΓΡΑΜΜΑΙΣ δε εκ πηχυαις διασημαιθι κα-  
 χαρογυμνον, εις αις το ποταμιον υδωρ υπο γης διη-  
 θουμενον, και ταις ΓΡΑΜΜΑΙΣ εμπιπτον, τας τε  
 αυξησεις τε Νειλου και υπονοσησεις ταις εγχειραις  
 διασημαινει; puteum, *NILI MENSURAM*, ſi-  
 milem ei, qui eſt Memphi, ex ſecto & polito la-  
 pide exſtructum. *LINEAS* vero ulnae interſtitio  
 exſculptas continentem, in quem aqua fluvii ſubter-  
 raneo meatu impulſa & in *LINEAS* inci-  
 dens incrementa & diminutiones indigenis monſtrat.  
 Vides itaque duobus in Aegypti illuſtriori-  
 bus locis, rem, quam ſcire omnium maxi-  
 me ejus incolarum intererat, utpote, in qua  
 eorum paene ſalus verſabatur, *LINEIS* fuiſſe  
 deſignatam, indicatam, earumque ope per  
 omnem, qua patebat, regionem promulga-  
 tam. Neque ille ritus inſequenti ætate in uſu  
 eſſe deſiit. Cum enim prior illa columna  
 delapſa eſſet, aliam, ad quam incrementum  
 Nili meſuraretur, e marmore exſtructam eſ-  
 ſe ab Afama Aegypti quaeflore refert Elma-  
 einus hiſt. Sarac. L. I. c. 14. Idque in inſula  
 quæ

quae mare, id est, Nilum, (nota enim Arabes Nilum quoque *Mare* vocare, quod alibi a nobis observatum est) *Fustaat* (ita dicebatur urbs, quae & tum dicebatur מצרים, uti adhuc Turcae vocant *Messer*, nunc dicitur *Al-cairo*) & mare *Gizoe* interjacet. Late illam describit Geographus Nubiensis parte. III. clim. 3. & *Benjamin* in itin. p. m. 116. 117. Et in hunc usque diem illum morem magna cum solennitate vigere unanimi consensu omnes fere ὁδοιποροῦν scriptores confirmant.

§. 16. Porro considerandum offero rerum gnaris, anne huc quoque referendae sint innumerae illae fossae, & lacunae, quibus Aegyptus, ut nunc Belgica, tamquam fulcis concisa, ac distincta fuit. Idque eum in finem, ut essent receptacula aquarum, quibus decrescente Nilo ad riganda pascua, sedendamque pecudum hominumque sitim uterentur. Illae fossae obstructae erant aggeribus, ne antequam tempus postulet, effusus fluvius terram inundaret, quos, tamen cum irriganda planities erat, demoliebantur, quae verba sunt Achillis Tatii L. IV. p. m. 254. Vide, cui haec tanti sunt, quae ex eodem Tatiano, Herodoto, Diodoro Siculo, Justino, Strabone, Suetonio in diss. de *Aegypto* מצרים ללללל tomo hujus Bibl. VI. fasc. II. diss. 8. §. 13. adduxi. Neque enim lubet huic rei immorari diutius. Cum autem & aggeres illi & fossae LINEATIM atque ad amissim debue-

buerint ordinari, tales autem fossae, & aquarum conceptacula a radice *מק* dicta sunt *מקואם* (unde & Rabbinum lacus in quibus Judaei mundandi causa se abluunt, ita vocant, integroque Talmudis libro, in quo de munditie & immunditie agitur, inde nomen dederunt) judica lector, ane inde Aegyptiis a *מק* linea adhaerere nomen potuerit?

§. 17. Si tamen neque haec tibi fecerint satis, en tibi aliud, cujus in mentem venit. Videlicet *מק* cum generatim notet *lineam*, speciatim quoque significat *fila* illa, ex quibus *linum* (Linnengaren) conficitur, sicut apud Latinos quoque *linea* & *linum*, ut & apud Germanos *eine Linie* und *Linnen* sono conveniunt, immo pro filis omne genus *linum* usurpatur. Ita jam Chaldaeus interpretis apud Es. LIX: 5. 6. *fila araneorum* vocat *מקוין דעכוברתא*. Talmudicis & Chaldaicis scriptoribus *מקוין* sunt *textores*. Hinc Coam insulam Asiae e regione Cariae, Hippocratis patriam, notam ob *vestes tenues, quae femina Coa Texuit*, ut cum Tibullo loquar, nomen suum sortitam esse putarunt, quod, ut Isidorus habet, Origg. L. XIV: c. 6. *illa, teste Varrone, arte lanificii prima in ornamenta feminarum inclaruit*, aut, ut idem scribit, L. XIX. c. 22. *quod in ea conficitur bombycina a bombyce vermiculo, qui longissima ex se fila generat, quorum textura bombycinum dicitur: מקוין* quoque Job. VII. 6. coll. Es. XXXVIII: 12. notat *radium* sive *filam textoris, מקוין*, vel ut Aruch legit

legit *וּמִן* in tract. de Sabbatho, pro textori-  
bus sumitur. Operae pretium fecerit, quisquis  
heic contulerit *Bochartum* in Can. L. I. c. 7. &  
*S. Braunium* de Vest. Sacerd. L. I. §. 121.

§. 18. Porro *Lini* usum, ejusque texturam,  
sullibiterrarum, maxime apud Aegyptios vi-  
guisse constat. Eos, praesertim eorum sacer-  
dotes *linigeros* inde dictos, lineis incessisse ve-  
stibus, & iis, qui nondum aere lavantur, no-  
tum est. Id magis animadverti meretur iis ho-  
rum inventionem tribui. *Minervam* in Aegypto,  
quae *Nili* regis fuerit filia, *textrinae artis magistram*  
vocat *Julius Firmicus* de errore prof. relig. p.  
49. *Isidem* in Aegypto *lini usum sementemque*  
monstrasse autor est *Martianus Capella* L. II.  
TEXTILIA Aegyptios invenisse scribit *Plini-*  
*us* L. VII. c. 56. *Pathymiam* Aegyptium arti-  
ficio texendi vestes celebrem laudat *Athe-*  
*naeus* L. II. p. m. 48. Inter praecipuos Ae-  
gyptiorum operarios *Linyphiones* recenset *Fla-*  
*vius Vopiscus* in vita Saturn. c. 8. quos *Lini*  
*textores* explicat *Salmasius*. *Trebellius* in vita  
Gall. c. 6. de eo narrat, cum ei nuntiatum esset,  
*Aegyptum* descivisse, eum dixisse ferri, Quid? SINE  
LINO AEGYPTIO ESSE NON POSSUMUS. In-  
ter Alexandrinas merces *Cedrenus*, & inter  
Aegyptiacas, quarum vectigal Romae *Aure-*  
*lianus* constituit, *Flavius Vopiscus* in hujus  
vita c. 45. *Linum* recensent. *Linum* Aegy-  
ptiacum in pretio esse, & *Colchico* conferri  
*Herodotus* refert L. II. c. 105. *Lini* *Canopici*  
quo-

quoque meminit Gratius Cynege. vs. 42. Pelu-  
fiaci Phaedrus L. II, f. V. vs. 12. Silius Ital.  
L. III.

*Et Pelusiaco filum componere lino,*  
de quo loco confer Adr. Junium Anim. L. IV. c.  
29. cui ibi excitatur Jon, poeta Dithyrambicus,  
qui in Phoenice Aegyptum *Αιγυπτου* appella-  
vit. Idem (*פלוסיין*) memoratur, praefer-  
turque Indico in Joma, c; III. §. 7. Pli-  
nius L. XIX. c. I. quatuor enumerat Lini  
Aegyptiaci genera, iisque **NULLA** ait  
**CANDORE MOLLITIAVE PRAEFEREN-**  
**DA**; Et quantae tenuitatis fila fuerint Aegy-  
ptiorum, ex eo colligas, quod in Aegyptii Re-  
gis, Amasis thorace CCCLXV. filis singula  
fila constiterint, commemorante hoc eodem  
citato loco Plinio. Postera quoque aetate  
eam negotiationem continuatam fuisse in Ae-  
gypto me docet Benjamin in itin. p. m. 125.  
ubi de urbe Sonbato loquens scribit. *זהו*  
*זרעין פשתן ואורגים חור ומולכין לכל העולם:*

*Incolae ejus linum serunt, & candidas telas te-*  
*xunt, QUAS PER TOTUM MUNDUM*  
*TRANSMITTUNT.* Neque mirum tam ube-  
rem, pulcerrimi lini affluentiam in Aegypto  
fuisse, cum ei rei aptissima sit, *χωρη λειω ημω αιξυλος*  
*regio plana* & arboribus carens, ita judicante Xe-  
nophonte, vel pingue solum, ut vult Plinius  
XVIII: 45. quae omnia Aegypto conveniunt,  
quam quae maxime.

§. 19. Inde in sacris literis lini Aegyptiaci fit  
plus

plus vice simplici mentio. Vide Prov. VI: 16. Es. XIX: 9. Ezech. XXVII: 7. Neque dubitem cum J. Braunio de Vest. Sac. L. II. §. 21. sqq. & J. Clerico in comm. ad h. l. quos nuper secutus est Blasius Caryophilus, Neapolitanus, in dissertationibus miscell. quae Romae ante hoc quinquennium prodierunt, huc referre loca 1. Reg. X: 28. & 2. Chron. I: 16. Ubi praecipua merx, quam temporibus Salomonis ex Aegypto adtulerunt negotiatores, commemoratur מקוה. Illam enim vocem, recte Kimchius explicare videtur הפשתן כי הוא המשובח בארץ מצרים

filum sive netum lini, quod in Aegypto erat pretiosissimum, vel, ut alibi scribit: מלאכת הפשתן ועבודתו הוא במצרים יותר משאר הארצות

Opus ex lino textile, quod excellit in Aegypto plus,

quam alibi terrarum. Et רלבנ interpretatur ששי addita hac ratione, quia בני ישראל במצרים בני פשתן השוכים מאר שנתפוסם erant in Aegypto vestes lineae valde pretiosae, ut notum est. Horum vestigiis incessisse videntur Vatablus, & Tremellius, quorum ille telam byssinam, hic netum reddidere. Sicut & commode verterunt Belgae; het linnen gaaren; Quicquid illius est, huic מקוה cum nostro קי קי bene convenit, illaque vox ab hac descendit. Atque ita, cum Aegyptii crediti sunt primi, qui & linum severe, & ejus usum docuerunt mortales, ejusque proventus apud eos

eos fuit longe uberrimus pulcherrimusque; atque inde ad alias gentes, interque eas Judaicam, magna fuit negotiatio instituta, *וּיְקוּ* autem *lini* quoque & *florum* obtinere possit significantiam, illos *וּיְקוּ*, Gentem inde LINI, LINI commode nominari potuisse, quis amplius dubitet?

§. 20. Elige, nuncquamcunque harum rationum velis, vel omnes simul junge, id saltem manifestum erit, nulla heic opus esse textus sacri immutatione, nullis ceris miniatulis. Percommode itaque carebimus conjectura, cujus in mentem venit eruditissimo Viro, cujus de Arte Critica liber utilissimus exstat, quando P. I. c. 4. §. 12. conjicit loco *וּיְקוּ* legendum esse *וּיְקוּ*, aut potius varietatem esse *Dialecti*, qua, quod per *ו* scribebant Ebraei, id per *ו* efferebant Aegyptii, idque illustrandum sibi sumit ex loco Herod. L. II. c. 94. in quo cujusdam meminit unguenti Aegyptiorum circa paludes habitantium ex fructu *silicypriorum*, quod illi appellant *κιν*. At vero impetrare à me nequeo, ut credam ad tales literarum correctiones facile dilabendum esse. Egomet enim, cujus perquam mediocris linguae sanctae peritia est, asseverare ausim confidenti animo, nullum mihi facile in sacro codice objectum iri locum, quem non liquido ostendam, eum ne levissimae quidem indigere emendationis. Et, quod ad hunc locum adtinet singillatim,

non

non urgebo multis, quod alius forsan urserit pluribus, nondum esse extra controversiam positum, an apud Herodotum illud verbum *Κικι* sit retinendum, cum non desint notae optimae codices, in quibus *ΤΗΚΙ* legatur. Immo vulgatam lectionem praetulerim, quod apud Diodorum quoque Siculum eandem vocem inveniam. Refert enim ille L. I. p. m. 31. Aegyptios uti liquore ad lucernas accendendas, quem loco olei infundant, *ἀποθλιβόμενον ἐκ πνεύματος φύτε, προσαγορευόμενον καὶ Κικι*. Recte tamen mihi observasse videtur ἐξοχοῦται Esaiæ Interpres plane non videri verosimile toti, tamque inlustri genti a quadam unguenti specie, qua circa palustria habitantes Aegyptii utebantur, nomen fuisse inditum. Certe in hoc loco aliqua vel apicis transmutatione prorsus non opus esse, id puto hac dissertatiuncula plane evictum esse.

GERHARDI à MAST-  
RICHT

de

J O D V T A

Disquisitio (a) Historica,

ARGUMENTUM.

An *Jodut* fuerit Germanorum Deus. Winckelmanni, Olai Petri & Loecenii sententia §. 1. Invenitur hæc vox in veteri versione loci Jer. XII: 6. XV: 1. De *Bavitu* veterum Germanorum, §. 2. Refutatur sententia Olai Petri. Vox ea non est Ebraica §. 3. An fuerit Dea Saxonum? Sententia Crantzii, qui originem illius refert ad prælium, quod a. IIII<sup>5</sup>. in-

(a) En tibi dissertationem argumenti perquam curiosi, ab illustri Auctore ante annos viginti conscriptam, & ex ipsius *ἀντιγραφῶν*, cujus heredes mihi copiam fecerunt, mea cura descriptam, in paragraphos distinctam, argumento, atque adnotatiunculis illustratam. Jam prius eam communicassem tecum, nisi publica spes facta esset, fore, ut ea vasto cuidam & angusto operi edendo infereretur. At, cum jam tot annos ejus editionem expectaverit literatus orbis, frustrari diutius spes amicorum nolui, qui eam legendi desiderio se vehementer admodum tangi sæpius declaraverunt. Relictum tamen nobis de hac materia spicilegium est, quod volente Deo sequenti fasciculo immiscebitur. T. d. H.

inter Saxones & Henricum V. Imp. gestum est, tro-  
paeumque in ejus memoriam erectum § 4. Alio-  
rum de illo praelio narrationes §. 5. Praecipue  
Chronici vetusti Saxonum §. 6. & Schatenii §. 7.  
*Nomenclatura* Jodutæ; Est quasi Gedeute. §. 8. Non  
est ex voce Jo & Dut; i. e. Deus, conflata §. 9. *Figura*  
tropaei illius. §. 10. *Locus* in *Welpesholte* non  
prope Helmstadium, sed in comitatu Mansfeldico;  
§. 11. *Tempus* ejus durationis. Error Crantzii &  
Reine c §. 12. Illius memoria mansit tamen in  
exclamationibus §. 13. praecipue in solemnibus judicio  
bannitorio Bremensi §. 14. Explicantur nonnullæ  
voces illius judicii; *Gudinge, Sackevvolde, Kampes-*  
*plegen. Echteloos: rechteloos. Fredeloos. Zetter-*  
*Geschrey.* §. 15. Sententia Auctoris de tali judicio §. 16.

Viro nobiliss. & consultissimo  
D. Ernesto Casimiro WAS-  
SERBACH(b)

S. P. D.

Gerhardus von Mastricht.

K k 2

§. 1.

(b) *Ernestus Casimirus WASSERBACH*, Barentorpio-  
Lippiaeus, postquam literarum fundamenta in Lem-  
goviensi ludo literario posuisset anno 1681. Ill. Bre-  
mensium Gymnasium accessit, ibique, uti & postea  
in Academiis Duisburgensi & Ultrajectina sub ductu  
potissimum Gerhardi à Mastricht, & J. G. Graevii  
studiis literarum & juris operam dedit. Domum  
reduci factus, Illustrissimis Lippiae Comitibus, gen-  
tis

§. I.

**U**T promissa, nuper iterum repetita, Vir Nobilissime, de *Jodute*, (quem Clariss. D. Winkelmannus, in notitia Westph. lib. 3. c. 2. num. 21. pag. 374. corrupte dicit, *Zedut* vocatum esse, in clamatumque vult, à caësis in prælio Henriciano, de quo postea clamatum fuisse *Zedut* vel *Tiodut*; quo Auctore, nescio) exsolvam, primo disquirendum, num fuerit Germanorum Deus aut Dea, an vero monumentum aut statua. Prius, fuisse numen Saxonicum, vult *Olaus Petri*, in præfatio *Annalium Suecicorum M. S. apud Loccenium*, in antiquitatibus Sueco-Gothicis L. III. cap. 4. lau-

tis *Bracanae*, operam suam addixit, eorumque a consiliis secretioribus, & Satrapa factus *Alverdissae*, *Barendorfii*, *Blombergae*, quae comitatus *Lippiaci* municipia sunt, vixit ad annum 1708. quo nuntio obitus inopini Domini sui **RUDOLPHI** ita est externatus, ut in febrim incidens paucis postea diebus mundo valediceret. Vir erat morum comitate valde amabilis, omnique elegantia excultus, pietatis autem in Deum haud tralatitiae. Publici Juris fecit *Dissert. de Irmensula*, primum editam sub forma *Dissert. Academicæ*, *Teutoburgi Clivorum* anno 1686, sed auctius recusam *Lemgoviae*, 1698. in 8. Præterea *H. Hamelmanni* opuscula historica collegerat, ad prelum paraverat, sed eorum editionem morte præpeditus non magis videre potuit, quam *Antiquitatum Westphalicarum* volumen, quod pariter luci publicæ committere statuerat. T. d. H.

laudatus. Jodut dicit idolum Germanorum fuisse, quod forsan ex Hebræo JODAIM, descendit, qui futurorum conscius est, significante, velut observat Seldenus de Diis Syris Synt. 1. cap. 2. pag. 121. L. 122. Pergit Loccenius. „Hinc illud colligo, „quod Saxones olim in Gentilismo illud ido- „lum Jodut, ingressuri pugnam, invocarint. „Postea à Christianis factis Saxonibus, abo- „lita superstitione idem tamen vocabulum re- „tentum est, pro gravi clamore: Sic enim „adhuc vulgus Saxonum de multum vocife- „rante aut clamante, usurpat: Er ruffet Jo- „dut vel Jadut. Hanc loquendi formulam „Saxonicam haud dubie imitatus est Auctor „versionis Bibliorum Suecanæ, in qua Jere- „miæ cap. XII. v. 6. cap. XV. vers 10. ubi de „conclamatione populi sermo est, Suecicè „redditur: Ropa Jadut. Illa enim vox in nul- „la alia S. Codicis versione reperitur, quan- „tum mihi constat.“

§. 2. Haecenus Loccenius, qui bene addit, quantum mihi constat; Invenitur enim Jodut etiam in versione Saxonica anni 1533. Lubecæ & anni 1554. Wittenbergæ edita, d. l. Jerem. XII, v. 6. Schreyen. to Jodutte aver dy. Clamabunt Jodutte super Te. Ubi vetus Saxonica habet, Reepen nae met voller stemme: Lutherus & sequens præmemoratos annos ex ejus Germanica transfusa editio habet. Schreyen Better/ (vox ejusdem judicii, de quo postea) über dich. Belgæ. Roepen met  
Kk 3 vol-

voller (Stemme) achter nac. Arias Montanus. *Etiam ipsi clamaverunt post te: implendo: in margine id explicat: congregando.* Novissime Celeberrimus *Sebast. Schmidius*, in sua; qua optime de Ecclesia meritus est, versione Latina, post mortem ejus edita: *Etiam hi clamaverunt post te: Sat est.* Illud *Aria: implendo vel congregando*, vertit *Schmidius: Sat est;* quasi esset vox fratrum Prophetæ, qua ab ulteriore Prophetia, post eum vociferando & clamando avocare voluerint. Similia quædam de hoc loco habet *Martinius* in Lexico, verbo *ploro*. Egerat in isto capite *Loccenius*, ex quo id excerpfit *Paulus Hachebergius*, in *Germania Media* diff. 4. §. 14. pag. 128. de Conclamatione ad arma, ante pugnam usitata, de qua *Tacitus*. L. II. *Histor.* *Truci cantu, quem Barritum vocabant in prælium ivisse.* Videatur *Althamerus* ad hunc locum *Taciti* de *Barritu* (c) & aliis acclamationibus Germanorum,

non  
 (c) De illo Germanorum *barritu* vide quoque *Sched.* de *DIS Germ.* L. II. c. 41. *Lips.* de *mil.* L. IV. c. XI. & in *Tac.* de *Germ.* c. 3. *Paffenrodium* de *mil. Græc.* & *Roman.* L. V. c. 8. *Cluverii* *Germ. Ant.* L. I. c. 51. *Morboffii* de *Germ.* poesi p. II. c. 6. *Marcellum Donatum* in *dilucid.* in *Tac.* in *face Gruteri* T. VI. p. 208. sqq. *Berneggeri* quæ est. *misc.* in *Tac.* c. 8. *Stevvicium* ad *Veget.* de *re Mil.* L. III. c. 18. *Phil. Camerarium* in *horis* subc. L. I. c. 77. *Waræum* in *Ant. Hiber.* c. 22. *alios.*

Mihi fit vero simile vocem hanc originem accepisse ex ipso sono, quem emittebant, prælium inituri *Bar*, vel *Phar*, vel *Farab*; Id enim quoque Veteribus Hibernis in usu fuisse testatur *Camdenus* in *L. de Hibernia*, & *Jac. Waræus* in *Antiq. Hibern.* c. 22. T. d. H.

non inficete commentatus. Priscis Saxonibus *Herop* dicitur. Morem Saxonum tangit Crantzius Saxon. Lib. V. cap. 36. postea adducendus.

§. 3. Inter Saxonum Deos, qui jam tempore Caroli M. fuerunt culti, refert Jodut vel Jodute *Andr. Severinus* in annotationibus ad Adami Bremensis historiam lib. 1. c. 6. de quo errore postea. Ab illa sententia forte non alienus Joh. *Schildius* libro de *Caucis* II. cap. 3. pag. 116. & 117. Id quod *Olaus Petri* supra, de *Jodutte*, ex Hebræo adducit, ridiculum est, neque initiis aut ætati, qua *Jodute* innotuit, convenit; Neque Saxones, cum statua hæc posita esset, de lingua Hebraica quidquam cogitarunt, fuerunt enim ista Secula obscurissima & ferè ferrea, ut etiam Pontificii Scriptores ea horreant & incusent. Neque etiam, quæ ex *Seldeno* allegantur, huc quadrant, agit enim ille l. c. de *יודות* vel *יודות* & *ידעונו*, de quibus *Moses* Levit. XXV. 6. qui cum *Jodute* nil habent commune, de quo etiam *Seldenus*, quanquam immensæ Lectio- nis & eruditionis, nil scivit.

§. 4. Sunt, qui faciunt ex nostro *Jodut*, *Jodute* sceminam vel Deam; plerique declinant Sexum. *Cl. Winckelmannus* in notitia *Westphaliæ* loco cit: dicit, deficiente de hinc posteris rei in *Welpheshold*, gestæ notitia; rusticana plebs, ut ad superstitiones pronior, pro *Dea* Saxonum ad-jutrice habere, divinis-

que honoribus adficere cœpit. Crantzius loc. cit: dicit, doctiores putare *Jodute* esse vocem Gallicam vel Italicam. Verba ejus, quia originem & ætatem *Jodute* indicant, sunt sequentia: Decimo quinto, post centum ac mille, anno cum Imp. Henricus, (est ille ejus nominis quintus) in Saxoniam iterum duceret; Ludericus Dux & Reinerus Episcopus Halberstadenſis, ac Fredericus Comes de Arensburg justam illi aciem objecerant, in loco, qui dicitur *Welpesholt*, impares quidem numero Saxones; Sed virtute & alacritate pares initio, & in fine etiam superiores sunt inventi. Nam confertis manibus, victoria penes Saxones fuit. Tropheum erexere Victores in loco pugna armatum clava virum cum dependentibus armis Saxonia. Hanc statuam Rustica plebs in Superſtitionem, in qua sunt faciles, verſa, cœpit velut idolum venerari, arbitrata eſſe antiquitatis Deam, quam dixere *JO. DUTE*. Eam vero quæ hodie extat ad arma & auxilium, conclamationem non ab Idolo ductam aut vano *DEO*, sed eſſe vocem Italicam aut Gallicam, *JO ADJUTE MI*, Doctiores arbitrantur. Ubi intellexerunt viri prudentes, statuam dare occasionem populo, dejecerunt penitus, reponentes in locum, qui nunc dicitur *WEDDE-STEDE*, Conventum fratrum Prædicatorum, post annos ex hoc tempore non minus centum. Hæc Crantzius, ad quem, si Commentariolum dederimus, jam fere omnia, quæ de *Jodute*, in antiquitate sequiore inveniuntur, patebunt.

§. 5. Originem Jodute tribuit Crantzius seculo duodecimo incipienti, primumque Statuam seu monumentum fuisse dicit Victoriæ, quam Saxones, gentes bellicosæ vel Romanis & Carolo Magno testibus, reportarunt in prælio contra Henricum V. Imp. Prælium istud exscripsit ex Alberto Staden- se, qui floruit Seculo decimo tertio medio. Quousque & Chronicon suum perduxit. Hic p. m. 154. id concise descripsit. Ante eum vero Helmoldus lib. III. cap. 31. Chronici Sclavorum. Verum neuter meminit Trophæi, aut Statuæ triumphalis aut Jodute. *Reinerus Reineccius*, Vir in antiquitate etiam Saxonica versatissimus, ad Albertum Staden- sem, de loco pugnae & monumenti ibidem positi notat. *Welpersbold prope Helmstetam eam factam, quæ nunc Academiae Juliæ sedes est, in campo ab alaudis dicto, ut Georgius Fabritius in Elector. Saxon. ibidem à Saxonibus Victoribus Trophæum erectum, quod postea ab agrestibus nomine JODUT cultum, ut Onomasticum Prynense. Destruxit Ernestus Præsul Merseburgensis.* Hæc ille, qui priora ex Crantzio hausisse videtur, posteriora hærent in mendo, de quibus postea. Crantzius in alio loco quoque, nempe in Metropoli lib. VI. cap. 6. de pugna, sequenti autem cap. 7. de *Joduta*, hæc habet mihi pag. 146. ubi de Bertholdo Episcopo Hildesemen- si agit. *Peractò, inquit, in loco Wel- pesholde insigni prælio erexere Saxones trophæum,*

Virum scilicet in Statua armatum, clava subnixum, arma Saxonie tenentem, equinum candidum pululum! Rustica plebs, ut superstitioni propior Idolum coluere, tanquam Veterem Saxonie Deum, quem JODUTE dixerunt. Permanet hodie execrabilis illa vox, ut in omni repentino periculo exclament eo more Saxones. Derivatam autem autumant ex Italico verbo, JOMI ADJUTE hoc est, me adjuvate. Sive à memoria Drusorum manserit in Provincia, sive ceteriori etate manaverit per quamlibet occasionem in nostram gentem. Sed tum Viri sensati horrentes superstitionem sacrilegam, dejecto Trophæo, Capellam erexere. Nunc ajunt esse Monasterium Ordinis Predicatorum.

§. 6. Videtur Crantzius hæc excerpisse ex antiquo (d) Chronico Saxonie anonymi auctoris, quod anno 1492. Moguntiaë est editum; lingua Saxonica, & pertingit ad annum 1489. Postea Misnice seu Germanice purius versum & auctum à Magistro Johanne Pomario (e) Pastore Magdeburgico, sub cujus nomine


(d) Vocatur hoc alias vulgo! *Croneken der Sassen*, sive *Chronicon picturatum*; quia multis picturis repletum est, ligno incisus. Eadem vulgari Saxonica lingua librum hunc totum recudi fecit, tertioque Scriptorum Brunsvicensium Volumini immiscuit ill. Leibniti-  
tius. In introductione illius tomi pag. 10. seqq. pluribus de Auctore libri agit, ostenditque ejus nomen fuisse *Cordt Bathe*, sive *Conradum Bathonem*, civem Brunsvicensem. T. d. H.

(e) Henricus *Meibomius*, senior in Chronico *Riddages-*

ne saepius ab auctoribus, sed male citatur, cum ejus tantum sint additamenta à Chronico, seu Chronographo Saxone antiquo ubique distincta. Idem hoc Chronicon pag. 243. & pugnam & Historiam Jodute recenset, satis prolixè, habetque varia, quæ Crantzius omisit. Addo verba ejus, quia ex hoc fonte omnis fere scriptio de Jodute hausta videtur. Anno 1114. *Erhub sich ein Krieg. Bischoff Albregt zu Mainz, Hertzog Lüder, von Saxen, und Graf Rudolff und Friedrich, Pfaltzgraf bey dem Rhein, die satzten sich wieder den Kayser, dan er wolte das Landt Saxen zinsbafft machen; der Kayser sieng Bischoff Albregten zu Mainz, und belagerte Cöln; und Graf Hoyer von Mansfeld war bey dem Kayser. Den wolte der Kayser, mit dem Hertzogthumb Saxen belegen, und es Hertzog Lüdern, nehmen; der Kayser zerstöbrete Hernburg und Halberstadt, das brandte er aus, und der Kayser zog mit einem starcken Heer, für das Welpesholtz, bey Quedlinburg, dis subrete Graf Hoyer von Mansfeld in den Graben. Anno 1115. Des nechsten Tages nach St. Scholastica, gewinnen die Saxen zwo Schlachten, eine zu Cöthen, eine vor Welpesholtz; dahin zogen Herzog Lüder von Saxen, Bischoff Reinbard von Halberstadt, und Graf*

geschufano non longe ab initio librum à Pomario inepte & inerudite versum scribit. Prodiit Magdeburgi in folio a. 1588. Ejusdem mox alteram editionem ad a. 1596. continuatam dedit Professor historiarum Lipsiensis Matthaeus Dresserus. T. d. H.

Graf Herman von Arnsberg, und thaten eine grosse Schlacht, und geschah ein grosses Morden, darin so viel Leute erschlagen wurden, dass man Gruben in die Erde machen musste, damit das Blut verlauffen könnte. Graff Hoyer blieb todt, und der Kayser kam kaum weg, zu einer Gedächtniß desselben Streits und Sieges, haben die Saxen ein Trophæum und Sieges-Zeichen, da die Schlacht gewonnen, auffgerichtet, welches gewesen ein geharnischter Mann, auff einer Säule, so in der einen Handt, eine Streit-Kolbe mit scharffen Zacken, gleich als zum Streit, gezuckt, und auff beide Seiten, das alte Saxische Wapen, nemlich, ein springend weisser Hengst im rothem Felde, gestanden, und, weils den erhaltenen Sieg, bedeutete, ward's vom gemeinen Landt-Volck, Gedeute oder Gedute, oder, weils zu Lateyn, Signum adjutorii, ein Zeichen Göttlicher Hülffe hiefs, und die Bauren, das Wort nicht nachreden konten, Jodute, genennet, und den beteten sie an, und meyneten, aass Sie durch Hülffe St. Joduten, den Streit gewonnen hätten. Auff diese Stätte ist nun ein Kloster Prediger-Ordens, gebauet, und heisst Widerstette.

Sequitur in Chronico effigies istius signi adjutorii apud Pomarium, quæ ibi videri potest. Illa, quæ de Jodute refert, latine exhibemus. Signum hujus prælii  Victoria erexere Saxones in loco, ubi prælio superiores fuere. Trophæum vel signum Victoria, quod fuit Vir Cataphractus in columna, qui una manu clavam acutis dentibus, quasi in pugnam elevatam, in utroque latere antiqua Sa-

*xonica insignia habebat, (f) equum admissarium salientem album, rubro in Campo stantem; S quia obtentam Victoriam significabat, a plebe Rustica Gedeute vel Godute, aut quia Latine signum adjutorii divini vocabatur, Rusticique ista Verba effari non possent, Jodute, nominabatur. Hunc adorabant, putantes se auxilio Sti. Jodute pugnam vicisse. In loco hoc nunc Monasterium edificatum extat, Domi-*

(f) Pomarius hic scribit, ab utroque latere in scuto visum fuisse salientem candidum equum in campo rubro vetus Saxonum insigne. Sed figura, quae apud Bothonem, illius Chronici Saxonici autorem, cernere est, exhibet tantum clypeum octo segmentis concisum, quem sertum rutae ambit; hodiernorum Saxoniae Principum insigne. At vero hoc clypei insigne suo ex ingenio finxisse Bothonem, ex eo constat clarissime, quod illud Saxonum insigne annis demum postea 66. sc. a. 1181. ab imperatore Friderico I. primum duci Saxoniae Bernardo I. vel Alberto, ejus filio fuit concessum. Quam ob rem parum abest, quin inde colligam omnem hanc monimenti Jodute effigiem, quae apud Bothonem visitur, ex cerebro hujus unice potius, quam rei ipsius veritate ortam esse. Videtur autem occasio illius picturae talis Bothoni subministrata esse. Legerat scilicet in Corneri, cujus verba suo loco dabimus, Chronico, Viri statuam *Armis patriae* fuisse instructam; Hinc ei adtribuit illa insignia, quibus tum temporis Saxoniae utebantur Duces. Ernestus Brotuffius autem, quem Spangenbergius, Pomarius, & reliqui deinde secuti sunt, cum nossent, illa Saxoniae ducum insignia recentioris esse aetatis, quam ut tum potuerint usurpari, loco eorum album illum equum, quem jam a Witkindi temporibus Saxoniae duces in insignibus circumgestasse ferunt, effinxit. T.d.H.

minicani ordinis, vocaturque Wider Stette. Plerique, imo omnes, qui *Jodute* mentionem faciunt, sua ex hoc Chronico exscripserunt. *Andreas Angelus* in Chronico Marchiæ Brandenburgicæ, *Spangenbergius* in Chronico Mansfeldiæ, *Buntingius* in Chronico Brunswicensi & Lüneburgensi, utroque Germanico. Quidquid itaque de *Jodute* habemus, hoc omne ex hoc fonte, (g) & laudato Chronico antiquo Saxonico habemus, quod ad annum 1489. pertingit, ita ut ante vel cum Crantzio vixerit Auctor ejus, mortuus quippe est Crantzius Anno 1517. Historias suas finit in Anno 1504.

§. 7. Ex quo Anonymus ille sua de *Jodute* hauserit, quæ tria & quod excurrit Secula ante eum gesta fuere, id equidem mihi ignotum, cum *Adamus Bremensis*, *Aibertus Stadenfis*, qui prælium Saxonum cum *Henrico Imp.* accurate satis descripserunt, nullam de *Jodute* mentionem faciant. (h) Neque *Gobbelinus*  
Per.

(g) Producam tamen suo loco auctorem eadem memorantem, qui integro paene saeculo aetatem *Bothonis* antevertit.

(h) Neque id faciunt *Urspergensis*, *Dodechinus* in Chron. apud Pift. Ser. RR. Germ. T. I. *Helmoldus* in Chron. Slav. L. I. c. 40. *Chronicon Verdense* in *Leibn. script. RR. Brunsv. T. II. p. 216.* *Halberstadiense* apud eundem T. II. p. 132. *Annales Hildesheimenses* apud eundem T. I. p. 7381. *Ducum Brunsvicensium* apud eundem T. II. p. 15. *Chronographus Saxo* apud eandem in access. hist. quæ Hanoveræ

Persona in Cosmodromio, qui cap. 58. ætatis sextæ, mihi pag. 221. Res Henrici & pugnam contra Saxones descripsit, singulariaque quædam de numero cæſorum refert, nil tamen de *Jodute* memorat, Cosmodromium autem suum produxit usque ad annum 1418. quem Crantzius, quod ei Vossius exprobrat, exscripsit in Metropoli. Nuper prolixè satis *Nicolaus Schatenius* Jesuita in Annalibus Paderbornensibus plenissimis, quibus Reverendissimus Episcopus Paderbornensis Ferdinandus de Furstenbergk, materiam dicitur subministrasse, prælium hoc Henrici, clademque ad annum 1115. narrat, refertque ad diem tertium (i) Februarii, forte non sine errore, cum

1710. in 4. prodierunt, Chronicon Magdeburgense ap. Meib. Ser. RR. Germ. T. II. p. 324. Chronicon Lautenberg. p. 3. Engelhusius in Chron. p. 216, 217. Auctor L. de fundat. monast. *Gozecensis* à Madero editi p. 230. Auctor Chron. Monast. Pegaviensis p. 252, 253. Siffridus Presb. in epit. a G. Fabricio edita p. 161. Annalista Saxo ap. Ecc. in corpore historicorum mediæ ævi pronuper vulgato T. II. p. 632. Monachus Pegaviensis, cujus de Wiperto Groicensi historiam edidit Reineccius, p. 19. Chronica Regia Pantaleonis apud Ecc. T. I. p. 924. eorumque translator apud eundem T. I. p. 924. Chronicon Luneburg. ibidem p. 1361. Auctor Anonymus, quem Gervasio Tilber. adjecit Maderus, qui omnes hujus prælii meminerunt, nullam tamen Joduthæ mentionem facientes, id quod sæpe per mihi mirum visum fuit. T. d. H.

(i) Credo voluisse scribere Schatenium III. Eid. Februarii.

cum alii ad XI. ejusdem mensis referunt, teste Spangenbergio & Buntingo; Alius supra allegatus, praelium post diem Sanctæ Scholasticæ peractum dicit, qui cadit in X. Februarii: Ad-  
dit porro Schaten. *Monstratur Sylva Welfonis in Comitatu Mansfeldico prope Gerbstele, quo in loco hodie dicitur visitur sacellum, hujus Praelii, monumentum. Et paulo post: Saxones in loco praelii rei gesta, monumentum erexere, Columnam videlicet in modum Trophæi, cui armati viri statuam imposuere, dextra Clavam, Sinistra Clypeum gestantis. Vulgus JO-  
DIT*

bruarii, i.e. undecimum. Eum enim diem ita nominant plerique. Error itaque est Hermanni Stangefolii, qui praelium commissum scribit d. IX. Oct. secuti versus illos, qui die Dionysii Martyris id factum memorant, quosque ipse adducit in annal. Westphalicis, libro raro & utili,

*Anno milleno centeno ter quoque quino  
Sylvam Welfonis perfuderat unda cruoris.  
Sunt hominum occisi quadraginta millia quinque  
Ipso nempe die Dionysii Martyris almi.*

Priores binos versus habet Engelhusius in Chronico, duo autem posteriores apud eum ita leguntur;  
*Salvi Saxones, Francones atque Thuringi,  
Henrici Regis exercitus est superatus.*

Helmoldus & Albertus Stadensis Februarii Kalendas illi praelio adsignant, quos etiam secuti sunt Langius in Chron. Citizen. Adelzreiterus in Ann. Boicis p. l. l. XIX. & Bro-werus in ann. Trev. T. II. p. 12. Dodechimus autem nominat Octavam Epiphaniæ. Error quoque est auctoris de fund. Monast. Gozecensis, qui annum praelii assignat 1116. N. de Vignier loquitur dubitanter, qui tertium vel XI. diem ponit. T. d. H.

*DUT* dixit, & quia per Superstitionem agrestes homines colere cœperant, *Wernerus Mersburgensis, Episcopus* dejecit.

§. 8. Habemus ex Chronico hoc in præcedentibus Nomenclaturam, originem & tempus Jodute. Nomenclatura est derivatio aut potius detorsio à *sancto adjutorio*, quomodo vult Auctor & ex eo *Crantzius* & reliqui primitus nominatam fuisse Statuam, quæ origo, quanquam valde probabilis videatur; mirum tamen est, *Crantzius* eam potius ad idioma Italicum aut Gallicum referre, quam ad Latinum, quod isto seculo magis in usu, quam vel Italicum, aut Gallicum. (k) Quamdiu vero aliqua ratione, vox memoriam prælii, à Saxonibus feliciter gesti, referens, ad Saxonicam originem deduci potest, melius & securius ex ea petitur. Scriptores cuncti dicunt, *Jodutam*, fuisse monumentum hujus pugnæ, memoriam ejus conservans, id quod optime vox Saxonica, *Gedeute* exprimit. *Deuten* Saxonibus & Germanicis est, *indicare, significare, interpretari*. *Bedeuten* / itidem Belgis, *bedyden*, *indicare, explicare*, à *Deuten* deducitur. *Gedeute*, significatio, memoria, monumentum, *Gedenckzeichen*. *Ge*, Germanis & Saxonibus est præpositio inseparabilis. Facit huc, quod de eo habet *Schottelius*, de *Lingua Germanica* optime meritis, *von der* *Class. VII. Fasc. III.* LI *teute*

(k) Illius rei quoque ratio docebitur suo loco.

teutschen Hauptsprach. pag. 632. Dieses Wörlein ge, ist eine vortreffliche Wirkung/ dadurch eines jeden NB. anzudeutenden Dinges/ sonderbahre Menge/ Verwirrung/ Vielheit zc. auffskürzeste und doch klärlich/ dem teutschen Verstande vorkömmt. Latine. *Præpositio hæc Ge, præclaram habet efficaciam, per quam cujusque rei indicanda, rei multitudo, intricatio, copia brevissime, & tamen clare germanico intellectui proponitur, id quod multis, quæ subjicit exemplis, Schottelius probat. Præit huic originationi non obscure, Chronographus ille antiquus Anonymus (1) supra in adducto loco verbis: Und weils den erhaltenen Sieg/ Notetur bedeuts*

(1) At vero ille Chronici Saxonum auctor nihil de hæc vocis origine habet; De suo illam addidit Chronici interpolator Pomarius. Is vero illam debet Cyriaco Spangenbergio, cujus verba exhibuit Mastrichtius. Idem fere hæc repetit, in singulari, quem de hoc praelio conscripsit, libello c. XIX. En tibi ejus verba; *Ist freylich auch dis gewis fest, daß die Bildnis des geharnischten Mannes alda zum gedechtnis ist aufgericht vworden der gehaltenen Schlacht, und erlangten Sieges, also daß es solte seyn ein Gedeute oder Bedeutnis derer Ding, so alda bey dem Welpesholtz geschehen. Weil dan die Sachsen eine Bedeutung pflegen ein Gedeute zu nennen, hat leichtlich dis Bild den Namen davon also bekommen und behalten.* Hæc Spangenbergius, quem excrispsit Pomarius, qui deinde Albinum in hist. Misn. C. XI. p. 152. aliosque in eandem sententiam pertraxit. Sed meo quidem judicio minus rem acu tetigerunt, ut suo loco videbitur pluribus. T. d. H.

bedeutete / Saxonice , betydede Wards  
vom gemeinen Landvolck Gedeute oder Gedute/  
oder zu Latein signum adjutorii genennet &c.  
Idem observare licet in Cyr. Spangenbergii  
Chronico Mansfeldico Germanico fol. 247.  
verso, edit. Meibomianæ, ubi de iis, quæ  
prælium insecuta sunt inter alia scribit. Die  
Sachsen aber/ haben unlängst hernach/ zu An-  
zeigung dieses Sieges / ein Trophæum oder  
Sieges=Zeichen/ an die Stette/ da die Schlacht  
geschehen auffrichten lassen; 2c. Dieses Bild-  
niß sollte eine Gedeute oder Gemercke/ oder An-  
zeigung seyn / der Schlacht / und des Sieges/  
dieses Orts / ge= und erhalten; Und ward ver-  
halten auch von dem gemeinen Volck solches  
Bild Sanct Gedute / oder Jodute genandt.  
addit. Aber / von diesem Bözen soll hernach  
lib. 2. cap. 29. mehr gesagt werden/ und von der  
Capella, so an die Stätte / dahin man die Er-  
schlagenen begraben / gebauet worden / und  
was für Schrift und Monumenta, gefun-  
den und vorhanden/ wird an seinem Ort im  
viertem Buch folgen. id est: *Saxones autem non  
diu post prælium, indicium hujus Victorie, Trophæum  
vel monumentum, in loco, ubi pugna gesta, erexe-  
runt. Cataphractum nempe, armatumque Virum  
Columnæ impositum, qui in manu una insignem cla-  
vam, quasi in pugnam elevatam, tenuit (male  
itaque Crantzius ei innixum dicit) ad utrum-  
que latus antiqua Saxonica insignia, salientem ni-  
mirum equum album admissarium in rubro campo*

penes se habuit. Simulacrum hoc debuit memoria, significatio, Gedeſite oder Gernercke. Saxon. Gedyde / monumentum eſſe, prali in hoc loco peracti, quod ibidem Saxones superiores fuerint, Victoriãque mascule obtinuerint. Nominabatur poſtea à plebe Statua hæc Sanctus Gedute vel Jodute. De hoc vero Idolo poſtea lib. 2. cap. 29. plura dicentur, itemque de Capella, quæ in loco, ubi occiſi ſepulti, ædificata eſt, & quæ Scriptura, inſcriptiones, monumentaque, ibidem reperta ſunt, ſuo loco libro quarto indicabuntur. Num Spangenbergius promiſſa hæc impleverit, nescio, edita nondum vidi. (m) In præfatione partis primæ, ſeu libri primi, ſex inſuper libros, in uniuersum ſeptem diſtinctos, de rebus & antiquitatibus

(m) Neque præter librum primum quidquam editum eſt. Illa autem jactura horum, aliorumque ejus ad hiſtor. pertinentium librorum, C. Sagittarius in tom. I. introd. in hiſt. eccleſ. p. 955. 956. tantam judicabat, ut ne deplorari quidem, nedum ſcribi dicique poſſit ſatis, debetur maximam partem motibus Flacianis, quibus ille non parum implicitus fuit. Unde ejus manu exarati libri miſerum in modum fuere direpti: Ipſe in præfatione Chronici Quernfurtenſis conqueritur, cum conſtituiſſet reliquas Mansfeldici Chronici partes edere, eam rem a Comitibus Mansfeldiæ fuiſſe impeditam. Peculiari tamen ſcripto hiſtoriam hujus belli conſignavit literis, ediditque Wittebergæ a. 1555. in 8. ſub hac inſcriptione; *Uhrſach und Handlung des Sächſiſchen Krieges bey dem Welpesholtze in der Herrſchafft Mansfeld geſchehen im Jahr MCCXV. den 11. Februarii. J. d. H.*

bus Saxonis, inprimis Mansfeldicis, promissit.

§. 9. Alias itaque originationes *Jodute* longe petitas transimus, quia tempus positi trophæi, aliaque iis repugnant. Veluti, quod Mercurius apud Ethnicos *Jodute* fuerit appellatus, quod Vir doctus, non bene lecto aut satis bene distincto Matth. Martinii Lexico adscripsit doctissimo Viro, in voce *Teudates*. Quod nec ille cogitavit, aut ullo antiqui scriptoris testimonio probari potest. Probabilior eorum derivatio apparet, quia particula exclamandi: *Jo* quam clamantis & dolentis esse dicunt, & *Duth*, qua voce antiquis DEUS Germanis & Saxonibus vocatus olim & cultus, probante unice etymologiam hanc Joh. Schildio (n) Viro in antiquitatibus versatissimo de *Caucis* lib. 2. cap. 3. pag. 116. & seq. Germanorum Numen fuisse (o) *Jodut* etiam

Ll 3

Se-

(n) Obiter noto, corrigendum errorem esse in Wittenii diario Biographico ad a. 1667. quem & auctor *Lexici Erud. Germanici* retinuit, ubi hic Schildius, cui praeter hunc de *Caucis* librum etiam exercit. in *Taciti Ann. XV.* Notas in Suetonium & *L. de coalitione populorum & rerum publ.* debemus, quique Bremensis patriam scholam Flissingensem moderatus est, confunditur cum patre ejus, *ἰουρῆα*, Theologiae apud nos Professore & in ecclesia Ansgariana Pastore, cujus, quod sciam, nulla scripta existant. T. d. H.

(o) Verba Jo. Schildii, quae in ejus elegantissimo libro de *Caucis* edito Lugd. Bat. 1640. p. 17. in fer-

Seculo XII. Duth non fuit nomen DEI apud Saxones, nec *Jo*, sed *oh*, *oho* sunt voces exclamantium. Prævit forte *Martinius in Lexico*, voce *Taautes* infra adducendus. Habemus nunc *tempus* positi Trophæi, nempe seculi duodecimi annum decimum quintum, item significationem Trophæi & Statuæ; designare & conservare, *Siebedente* / & *Sedente* / memoriam Victoriæ contra Henricum Imp. obtentæ, (p) Saxones sibi Tributarios facere

ma 8va, leguntur, adscribam, quod & liber sit rarior, & ad argumentum illustrandum plenius faciant. *Summum illud*, ita scribit, & *æternum Numen*, utcumque a Germanis meis nomine Duth invocatum fuit. A quo velut à fonte suo vocabulum JODUTH arcessensum judico, cujus necdum memoria e sermonibus popularium meorum (Bremenses intelligit) excessit; præsertim cum ab inopino deprehensi infortunio numen exitio advocant averruncando. Quin etiam, si quem fuga abstulerit homicidii reum, collocato apud prætorium casi cadavere, & vulnere, quod in mortem patuit, detecto, inter alia exclamationum horribilia, quas ex interfecti persona Magistratus ingeminat apparitor, identidem majore sono JODUTH vociferantem audias. Omisissis aliorum ambagibus regia grassetur via, & sine ullo flexu vocis aut immutatione JODUTH ex *Jo* plevisque mortalibus usitata exclamandi formula, & summo Deorum Duth in unum confluisse vocabulum, vel opinari vel scire etiam audeamus. Reliqua quæ addit, de Diis in auxilium advocatis legi apud eum possunt, minus enim mihi ad rem facere videntur, T. d. H.

(p) At vero non hæc vera causa fuit illius prælii, quod

re volebat, libertati, testibus tot Caroli Magni expeditionibus molestissimis, aduetos, qui quidem olim fratres & focii Romanorum, nunquam servi esse voluerunt. Erravit itaque *Andr. Severinus* in Annotationib. in caput. VI. lib. I. Histor. Adami Bremensis, qui notat apud Cimbroſ & Saxones imperante Carolo M. alias adhuc præter *Irmenseul* fuisse *Columnas*, interque eas unam *Crodoni* in *Hartesburg* positam, unde & hodie execrationis formula, *du Króten, Duyvel* alteram *Jodute*, appellatam. Agnovit autem *Jodute* Columnam fuisse.

S. 10. FIGURA Trophæi fuit *Vir Cata-*  
L 1 4
phra-

quod Saxones sibi tributarios voluerit facere *Henricus IV.* sed, quod indomitæ omnium potiundi sedis Romanæ libidini se opposuerit. Inprimis controversia inter eum & *Paschalem II.* agitata fuerat de investituris Episcoporum. Victoricibus armis intrans Romam, extorserat e *Papæ* manibus Episcopos ordinandi jus, quod per vim patri suo *Henrico V.* ademerat *Gregorius V.* sive *Hildebrandus*. Eo autem facinore non solum sedis Romanæ, sed & hujus *Gnathonum*, immo totius Cleri, multorumque Principum Germaniæ, capitalem inimicitiam sibi conciliavit, quæ in hoc tandem infauftum bellum erupit, multaque ei mala peperit. Non sine justo tamen Dei iudicio id factum dicas. Ita enim vindicare voluisse Ultor à tergo videtur turpe hujus *Henrici* facinus, quo ante novennium circiter, Patrem suum, quem hostilibus armis adortus erat, & indignissimis modis habuerat, imperio exuit. T. d. H.

*phraſus*, cum clava, quæ dentibus acutis erat munita, & ſupra caput ad ferendum elevata, quod magis probabile, ex Chronographo Saxone (q) aliisque duco, quia pugnae, Victoriæque in ea obtentæ convenientius, quam quod *Crantzius* ſcribit qui in *Metrop.* lib. 6. cap. 7. *clava ſubnixum* fuiſſe. Arma vel inſignia ab utraque parte fuere, equus albus admiſſarius ſaliens, in rubro vel roſeo Campo. Dicuntur fuiſſe arma vetera Saxonix; *Buntingus* in *Chron. Brunſwicenſi*, dicit fuiſſe inſignia Luderii, Ducis Saxonix, cui & adſcribitur prælium & Victoria. Hodie Sereniſſimi Duces Brunſwicenſes & Lüneburgenſes, hunc admiſſarium armis ſuis inferunt. Inſignia hæc fuiſſe ab utraque parte Statuæ, memorat antiquus Saxonix Chronographus; *dependentia* dicit *Crantzius*. *Jefuita Schatenius* vult ſiniſtra clypeum tenuiſſe. *Chronographo* Saxoni, à quo cæteri ſua habent, plus ſic, quam *Crantzio* aut *Schatenio* deferendum, qui utrique parti Statuæ arma ſeu inſignia adſcribit, dubium, an utrique femori Statuæ fuerint inſculpta, quænum ex lapide, an ligno fuerit, non conſtat, quia de materia Statuæ nil prodidere ſcriptores; vel an equus ille admiſſarius ab utraque parte ad pedes Statuæ ſit poſitus, quale

(q) Nihil vero tale memoravit ille Saxonici Chronici ſcriptor, ut viſum eſt ſupra, ſed & hoc gloſſema eſt *Pomarii*, qui *Spangenbergium* ſecutus eſt. T. d. H.

quale quid ex Saxonico Chronico colligi posset, nisi armorum insignium meminisset, campique rubri, aut rosei, quod magis ad clypeum referendum, ita, ut ille, quod & in antiquis Statuis videmus, in utroque femore depictus vel exsculptus fuerit; Si posterius, tum accessisse colores, monstrat candor equi, & campi rubor. Basis Statuæ fuit columna, in qua *Jodute*, seu vir ille cataphractus stetit, *elevatus*, ut ab omnibus conspici posset. Forte & basi inscriptum (r) *Gedute vel sanctum adjutorium*. Qua de re, tamen Chronographus ille, nil meminit; moris id tamen antiqui, ut posterius scirent, quid monumentum vel Statua significaret, Utramque ansam detorsioni patuit dedisse, *Gedute* æque ac *sanctum adjutorium*, potuit degenerare in *Jodute*, *Jodut*. Simile monumentum in memoriam Victoriæ contra Saxones positum à Carolo Magno, post eos devictos in loco *Sietmelle*, in Comitatu Diepholdano, ubi Sacellum positum; *Süntbülpe*, *sanctum*, seu *divinanz adjutorium* cognominatum, quod posteris temporibus concursu, & uti vocant, processionibus hominum inclytum & demum seculo decimo sexto abolitum fuit. Videatur (s)

Ll 5

Egin-

(r) Quis vero sibi persuaserit unquam ulli monumento publico nomen *monimenti* nulla alia re addita insculptum fuisse? T. d. H.

(s) Eginhardus historiam ipsam recenset hujus à Carolo M. impetratae victoriæ, illius autem sacelli *Süntbülpe* non meminit. Sed de hac re plura suo loco. T. d. H.

Eginhardus in vita Caroli M. lib. 2. & ibidem Reineccii observata.

§. 11. LOCUS Trophæi vel Statuæ *Jodutanae*, est locus pugnae prope *Welpesholt* Sylva *Catularia* à Brotuffio in Catalogo Episcoporum Mersburgensium vocatur. In quo scriptores omnes conveniunt. Prope *Helmstadium*, & quidem uti notat ad Albertum Stadensem Reineccius, in Campo ab *alaudis* vocato, das *Lerchenfeld*. Quem errorem videtur ex eo descripsisse aut hausisse *D. Winckelmannus* in notitia Westphaliae lib. 3. cap. 2. pag. 374. (t) Verum in eo hisce

(t) Eundem errorem errarunt passim quoque alii; v. gr. *H. Stangefolius* in ann. Westph. p. 293. *Pideritius* in Chron. Lipp. opere ob undiquaque publica auctoritate coemta exemplaria nunc rarissime obvio, pag. 295. *Crusius* in ann. Suev. T. II. c. 9. p. 321. *Cel. Struvius* in synt. hist. Germ. diss. II. §. 18. qui tamen deinde mentem mutasse visus est diss. VI. §. 15. Ipsi *Helmstadienses* tamen nunc non amplius in vicinia sua illud contigisse scribunt. Id colligo ex *Or. Joh. Henningii de prisco Saxonum Gentilismo* a. 1694. in magno Juleo habita, in qua prolixè *Joduthae* meminit, & hujus in campo ad sylvam *Guelfi* in Rituti praelii, hanc autem propter *Helmstadium* positam fuisse, non scribit. *G. Fabricius* in Ann. Sax. p. 183. locum describit prope *Quedlinburgum* ad sylvam *Guelfonis* in campo *Lerchenfeldo*, idem tamen hunc L. I. RR. Misn. p. 9. prope *Helmstetam* in *camyis* ab *alaudis* dictis collocat. *Catuli saltem* vocat ut us poeta apud *Brouverum* Ann. Trevir T. II. p. 12. & *Schatenium* in Ann. Paderb. L. VII. p. 682.

Anno

hisce adfentiri non possumus: Omnes fere scriptores, pugnam factam dicunt in Comitatu Mansfeldensi, qui aliquot milliaribus distat Helmstadio, cui quoque non adjacet *Welpeshold*. *Cyriacus Spangenbergius* sæpius jam laudatus, in Chronico Mansfeldico germanice scripto ad annum 1115. mihi pag. 246. ubi latissime descripsit aciem hanc cum Henrico Imp. Duce Cæsaris Hoyoero, Comite Mansfeldico gestam, enarrat pagos ab Henrico prope *Welpesholt* vastatos: Nimirum: *Wiesenstett / Rodewelke, Niesenstett, Ladersdorff / Disßdorff / Milrode*, qui omnes longe distant Helmstadio; Inveniuntur autem hodie in confiniis Mansfeldicæ urbis, ubi quoque

*Anno milleno, centeno ter quoque quinto.*

*Ad Catuli saltum belli cruor exit in altum.*

*Ernest. Brotuffus* in Chron. Merl. p. 75. ita illum locum pingit; bey dem *Wolffingesholtze*; i.e. ad *Catulariam sylvam* prope *monasterium Clostermansfeldt*, non procul à pago *Sandersleben*; & deinde; in campo aperto ab *alaudis dicto* inter *Gerbstad Monasterium Virginum & capellam zum Wolffingesholtze*. *Spangenbergius* vocat das *Welpesholtz* auf die Höhe zwischen *Hettsted und Sandersleben*. Accuratissime locum hunc designasse videtur Vir, cui historia Germaniæ præsertim mediæ ævi multum debet, *J. G. Leuckfeldius* in hist. Halberst. ad a. 1115. ubi *Welpeshold* vel *Welpesholtze* (i. e. *Guelphonis* vel, quod malim, a *lupis* inhabitatam sylvam) locum esse in comitatu Mansfeldicæ dioceseos Halberstadenfis non longe à *Wipperra* flumine inter *Walbeck, Gerbstede & Sandersleben* utum adnotat. T. d. H.

que Campus ille ab *alaudis* nominatus, *Das Lerchen-Feld* dictus, invenitur, quem & *Spangenbergius* laudat, refertque *Cæsareos*, postquã in pugna succubissent, ad *Valles Mansfeldiam* versus, *Sangersbusam* & *Kissenbusen*, quosdam *Merseburgum* fugisse; quæ loca *Helmstadio* non adjacent. *Capellæ*, quæ seculo suo, id est *XVlti*: anno *LXXII*. stetit, ibidem *Spangenbergius* meminit, eique locum adsignat ante *Welpesholt*, *Saxones* persecutores *Cæsareanorum* in ipsa persecutione mortuos dicit, sepultos in pago *Todtendorff* inter *Siersleben* & *Klooster Mansfeldt*: Reliquos in Campis inventos, (u) memorat collectos fuisse, & terra obtectos, id quod colles,

(u) At vero *Cæsareanorum* cadavera inhumano admodum, atque illiberali facinore non humata in agris derelicta, pabulum volucris & feris futura, immo à *Reinhardo*, Antistite *Halberstadiensium* sub anathematis poena interdictum fuisse, nequis ea sepulcris inferret, quod illi causam Imperatoris à *Papa* damnati contra illum (proh dirum, & post necem etiam eorum expiandum scelus!) tueri fuerint ausi, id memorant *Annalista Saxo* apud *Ecc. T. II. p. 632*. *Conradus Urspergensis* p. 271. *Chronicon Halberst.* apud *Leibn. T. II. p. 132*. & ex iis *Spangenbergius* & *Leuckfeldius*. *Adelzreiterus* in *Ann. Boicis* l. c. scribit: *Reinhardus praesul Halberstadiensis* vetuit quemquam hostium per *Saxones* terra mandari, indignum ratus eos, qui pro Principe execrato arma gestassent piorum manibus sepeliri. Tantum Religio potuit suadere malorum!

les, (*Riesenbette* / vel *Züneberge* etiam nominantur) indicia sepulchrorum aut tumulationis olim in campis, prope *Gerbstet* & *Polleben* / iisque locis vicinis hodiedum ostendunt. Ubi & *das Lerchenfeld* notatur. Quæ non permittunt de loco pugnae & Statuæ *Jodut* dubitare, *Reinecciumque* erroris convincunt. Dedit *Tilemannus Stella* mappam geographicam Comitatus *Mansfeldici*, in qua diserte notatur, *Welpeshold* silva, item *Capella*, ante eam posita, duas tresve *Leucas* *Mansfeldio* distantes, inveniunturque pagi plerique supra memorati. Trophæo huic contigit, quod, *Tuæ*, Vir Consultissime, *Herminulæ*, quæ *Statua Herminii* fuit, postea in deastrum vel *Idolum* abiit, & ab Ethnicis culta, neque enim *Westphalia*, uti notum est, seculo duodecimo incipiente, tota & penitus ab Ethnicismo liberata erat; De *Vandalis* testatur sæpius *laudatum Chronicon Saxonicum*, postquam de *Jodute* jam relata, recitasset, eodem tempore, quo *Jodut* cultus, aut pro Germanorum aut Saxonum veteri DEO habitus, à Religione Christiana iterum descivisse, & ad antiquum suum Deum *Flinen*, cuius & effigiem refert, abiisse p. 245. Ubi & de aliis Germanorum deastris aliquid refert, & *Irminulæ* aliam, quam nos olim, effigiem depingit.

§. 12. De TEMPORE DURATIONIS nostri *Jodute* nil certe habemus à Chronographo  
tra-

traditum. Probabile, non diu stetit, aut cultum fuisse. *Ernestum* Episcopum Merseburgensem, Reineccius in notis ad Albertum Stadensem supra relatus vult, propter incolarum superstitionem, Columnam & statuam, abolevisse. Verum errat, nullus enim in Catalogo Merseburgensium Episcoporum invenitur *Ernestus*. Adscripsit id *Wernero*, qui in eodem Seculo, quo statua *Gedente* vel *Jodute* posita, Episcopatus Merseburgensi, prae- fuit. *Wilhelmus Vagedes*, in pentade quaestionum historiarum, edita Rintelii. 1688. in prima quaestione, laudat *Crantzium* in *Metrop.* lib. VI. cap. 7. & *Saxoniae*, lib. V. cap. 36. Sed eum non inspexisse videtur, in utroque enim loco, nil de *Wernero* Episcopo Merseburgico, aut destructione *Jodute*. cap. 7. d. l. VI. *Metrop.* dicit, *Capellam*, (ita exilem aediculam vocant) structam esse, in loco dejectae statuae, postea Monasterium factum praedicatorum, post annos ex hoc tempore (statuti nimirum *Jodute*) non minus centum. Claruit *Wernerus* Episcopus Merseburgensis, Seculi undecimi anno LXXV. multa que passus esse dicitur ab imperatore *Henrico IV.* depositus tandem, & anno 1115. restitutus, dicitur. Videatur *Bucellinus* in Catalogo Episcoporum Merseburgensium vol. I. pag. 42. *Germaniae sacrae*, & *Brotiffus* in Catalogo Episcoporum Marsburgensium, in quo hic *Wernerus*, Comes *Woldenburgicus* est XI. Episcopus, dicitur.

turque electus a Capitulo 1073. & postea ab Eppone Episcopo XII. intruso ab Henrico V. ejectum Wernerum, quia Pontifici videbatur addictior, refert idem Brotuffus Imperatore ad *Catulariam Sylvam* (ita *Welpeshold* vocat) succumbente restitutum Wernerum, Epponemque, Erradum sive Eberhardum nuncupatum, Cizensem Episcopum ordine VI. creatum esse. Factumque id, nono die Febr. Anni 1115. id est, biduo ante pugnam Saxonum. Quæ si vera, vix potest Wernero adscribi destructio Joduthe. (v) Ab Anno enim 1073. ad annum restitutionis 1115. effluerunt anni XL. quibus si anterior ætas, usque ad Episcopatum addatur, Senex restitutus est; Si ad manum *Ernesti Brotuffii Chronicon* (w) seu *Annales Merseburgenses*, aut alia eorum *Chronica* adessent, forte certiora de destructione *Jodute* referri possent. *Capella* illa seu *ædicula*. videtur post destructionem, me-

(v) Cl. *Leuckfeldius* illud *Joduthæ* monumentum centum post ejus erectionem annis non à Wernero *Merseburgensi*, sed *Friderico Halberstadensi* episcopo ejectum, ejusque in loco excitatum esse *Monasterium Praedicatorum*, quod deinde. 1255. in claustrum *Virginum Ordinis S. Augustini* a *Comitissa Arnsteinensi Mathilde* transformatum sit testatur in *Antiquit. Halberst.* p. 595, 596. Corrigendus itaque *J. Mich. Heineccius*, Vir nuper immaturo fato orbi literato creptus, qui in *Antiq. Goslariensibus* p. 114. hoc factum adscripsit Wernero. T. d. H.

(w) Brotuffus de hac re nihil quiquam habet.

memoriam Victoriæ conservasse, post aboli-  
tam *Jodute*, cujus loco *Crantzii* vult postea  
Cœnobium Dominicanorum, in *Widerste* ex-  
structum fuisse, suo tempore extans; Post  
annos ex hoc tempore, nempe collocati *Jo-  
dute*, non minus centum in loco, qui dicitur  
*Weddingstede*. Duplici errore, nam *Capella*,  
in accurata *Tilemanni Stellæ* mappa, Comi-  
tatus Mansfeldici, notatur à parte Orientali,  
ad fluvii *Wiperæ* ripam, ita ut *Capella* leucæ  
spatium distet à Cœnobio Dominicanorum  
*W.derstet*. Alter error est vel *Crantzii* vel *Bucel-  
lini*, qui Monasterium in *Widerstet* vindicat  
Benedictinis, tom. 2. German. Sacræ pag.  
324. erectum refert a Reinhero, sive Rein-  
hardo Halberstatensi Episcopo & Trophæum  
loco ad Sylvam *Guelphonis*, erectum in memo-  
riam Celeberrimæ Victoriæ, qua illic de Hen-  
rico V. Imp. ejusque ingenti exercitu, non si-  
ne præsentis Numinis ope triumphaverat Anno  
1115. decessit fundator Anno 1122. In eo plu-  
rimi Principes Anhaltini tumulati sunt. Rei-  
nerus ille, seu Reinhardus, Episcopus Hal-  
berstadiensis floruit Anno 1115. & fuit implici-  
tus prælio cum Henrico V. Imp. & Obtentor  
Victoriæ; Item Auctor simul Columnæ &  
*Statue Jodutane*, qui potuisset ille condere Mo-  
nasterium Dominicanis, quorum ordo demum  
Seculo sequenti, Anno 1216. à Papa confir-  
matus est. Itaque potius *Crantzio* creden-  
dum, qui plus centum annis post prælium,  
ere

erectum hoc Monasterium dicit, sive Domini-  
canis, qui tam cito Monasterium in Saxonia  
condere non potuerunt, cogniti post cen-  
tum annos pugnae peractae in Italia: Sive Be-  
nedictinis, qui tum temporis jam late per Oc-  
cidentem diffusi fuere.

§. 13. Sublato *Jodute*, mansit attamen in ho-  
diernum diem memoria *Jodute*, qua de re,  
*Crantzius* in *Metropol. d. Lib. VI. cap. 7. per-*  
*manet hodie execrabilis illa vox, ut in omni repen-*  
*tino periculo exclament eo more, Saxones, (nempe*  
*Jodute) sive, pergit, a Memoria Drusorum, per-*  
*manserit in provincia, sive citeriori atate manave-*  
*rit, per quamlibet occasionem in nostram gentem.*  
Laudatus antea *D. Vagedes*, *Rintelii* alibique  
etiam apud *Westphalos* saevam interminan-  
tium vocem esse, dicit: *Ich will dich schlaen, du*  
*schalst Joduth roepen.* Originem formulae sere  
vulgo incognitam esse. *Execrabilem (x) vo-*  
*cem dixit Crantzius, quam tamen alibi, nem-*  
*pe Saxon. Lib. V. c. 36. mitigat: Eam vero, in-*  
*quit, quae hodie extat conclamationem ad arma &*  
*auxilium non ab idolo ductam, aut vano DEO, sed*  
*esse vocem Italicam aut Gallicam. IO ADJUTE*  
*MI Doctiores arbitrantur. Execrabilis ista vox*  
mihi tum in illa exclamatione exercitus, quam  
in quotidiano repentino periculo, me movit,  
ut censeam *Jodut*, vel *Jodute* postea habitum  
pro Deo quodam vindice, vel *Vindictae*, quasi  
Class. VII. Fasc. III. M m vin-

(x) Verum enimvero tam execrabilem vocem hanc  
non esse, ut vulgo putatur, ostendam suo loco.

vindicaverit Saxones, cum in pugna contra Henricum Imperatorem, dimicantes strenue, Victoriâ obtinerent. Formula itaque esset imprecationis, ut Vindicta veniat super caput, quod nocuit.

§. 14. Id quod patet ex more Civitatis Bremanæ, ubi in hodiernum diem celebratur. *Das Bluth, oder Noth-Gericht.* Judicium Sanguinis, quod species est, *Des alten Rugs Gerichts*; Quando quis dolose occisus est, & Occisor aufugit; Mortui seu Interfecti Cadaver in Sandapila defertur in locum judicii, qui est in foro penes Curiam sub diu, ibidemque citatur publice cum hac Imprecatione Interfector; & *Jodute* in eum inelamatur tribus vicibus, indicium vindictæ divinæ, quæ in homicidam evocatur. Idem censet *Martinus* in Lexico, voce *Teutates*. Saxones, inquit, *homicidas absentes oblaturi vindici cædium DEO, adhuc alicubi, (noluit Bremam, ubi vivebat, nominare forte!) Clamant to JODUTE, & in voce Tautes, cum Mercurium à Saxonibus cultum fuisse, ex Paulo Diacono, sub nomine Woden aut Goden/ unde Godensdag & Wodensdag/ dies Mercurii dictus, præmisisset, addit. Nomini GODAN affine est JODUTE, quo Saxones adhuc utuntur in proclamatione homicidii &c.* Post citata ex Crantzio & Buntingo, supra adducta, qui ex Saxonix Chronographo veteri, veram originem *Jodute*, prodiderunt, attamen addit Celeberrimus *Martinus*.

*Sed*

Sed ausim opinari, nomen JODUTE prius fuisse & coaluisse JO & DUTE. JO est vocula clamantis ó. ut Saxones: Hulpe Jo. Mord Jo. Cum auxilium contra homicidam imploratur. Dute autem, nomen Dei esse puto: Consonat Thot, seu Thantes, five Theudates. Verum falli Virum doctissimum, puto patere ex prioribus. Totus processus iudicii Sanguinarií Bremensis, quia lepidus est, Tibi subnecto, Vir Consultissime, quia fortè nullibi, tanta Jodute, memoria superest, quàm in eo. Exhibetur autè in *adsertione Libertatis Bremensis*, pag. 700. & sqq. Imagineris Tibi, *Stadts-Vogdium*, cum duobus Iudicibus Sanguinariis ex Amplissimo Senatu, sedere in pulvinaribus, sub Porticu Curiaë, forum versus, & Statuam Rulandinam.

Des Raths-Diener spricht. „Herr Vaget; „Hier steyt N. von wegen eines Ehrbahren „Rahdes, und biddet, dat gy Ehne willen „ein Güdinge hegen. Der Voigt antwortet. „Ist idt Güding tyt dages? Der Rath-Diener säh- „ret fort. Dewyle gy Macht Gewalt heb- „ben, wegen Römischer Käyserlichen Ma- „yestät, und unserem gnädigsten Land-Fur- „sten und Herren, und einem Ehrbahren „Hochweisen Rath; So ist idt Güding tyt „dages. Der Voigt antwortet. So hege ick „eine Güdinge, thom ersten, anderen, drud- „den mahle, tom veerden, vöfften, Sösten- „mahle, tom Söwenden, Achten- und Negen- „den-mahle. Wat gy wyder tho werven-

„de hebbet, schal juw frystaen. *Des Raths-*  
 „*Diener fährt fort.* Herr Vaget; Hyr steyt  
 „N. und klaget wer B. Welker synen D.  
 „vom levende tho dode gebracht, und klaget  
 „sulkes Kayserlyken Mayestät, und unserem  
 „gnädigsten Landes-Fursten und Herren, und  
 „einem Ehrbaren Hochweisen Rath, und  
 „Juw, Herr Vaget. Wegen unseres Gnä-  
 „digsten Herren, und alle denjenigen, den  
 „Recht leefis, und unrecht leydis, und bid-  
 „det, dat gy ehme willen verlöven, dat Hy  
 „syn Schwert thehen mag? *Der Voigt antwor-*  
 „*tet.* Idt schal Ehme verlövet syn. *Der*  
 „*Raths-Diener zeugt das Schwert aus, und fehret*  
 „*fort.* Herr Vaget. Hyr steyt N. und bid-  
 „det, dat ghy ehme willen einen Mann wy-  
 „sen, die ehme ein Ordell finde, dat recht  
 „is, wo man den Doden vorschryen schall?  
 „*Der Voigt antwortet.* Dat schall N. doen ed-  
 „der finden. *N. segt darauff.* Den schall He  
 „vorschreyen dreymahl *to Jodute*, mit bloter  
 „wehre, De syn Flesck und Bloedt vom le-  
 „vende tho dode gebracht hefft. *Der Bluts-*  
 „*Freund, welcher das Blut-Gericht begehret, oder*  
 „*in dessen Entstehung, fehret der Raths-Diener fort,*  
 „*zu dreymahl, und schleget mit dem Schwerdt auff*  
 „*die Todten-Kiste.* *Tho Jodute.* Aver N. den N.  
 „welker myn Flesk und Bloedt vam levende  
 „tho dode gebracht hefft: *Der Raths-Diener*  
 „*fehrt fort.* Herr Vaget. Hyr steit N. biddet,  
 „dat Gy ehme willen einen Mann wysen, de  
 „Eh-

„Ehme ein Ordell finde, dat recht is, wo He  
 „synen Deder escken schall? *Der Voigt ant-*  
 „*wortet.* Dat schall N. doen edder finden.  
 „*Der Bluts-Freund, oder der Raths-Diener fehret*  
 „*fort.* Herr Vaget, den schöele Gy escken,  
 „by synen Na-Tho-Nahmen; und synen sul-  
 „vest Halse. *Der Voigt antwortet.* So escke  
 „ick Dy N. by dynen Nahmen, Tho-Nah-  
 „men, und sulvest Halse, dat du dine Un-  
 „schuldt, wo recht, vorbringest, und dy  
 „vordedigest. *Des Raths-Diener fehrt fort.*  
 „Herr Vaget. Hyr steit N. und biddet, dat  
 „Gy Ehme willen einen Mann wysen, de eh-  
 „me ein Ordell finde, dat recht is, wo men  
 „den Deder vorleggen schall? *De Vogd ant-*  
 „*wortet.* Dat schall N. doen edder finden.  
 „*Der Blut-Freund, oder Diener, fehrt fort.*

Herr Vaget. Gyschölen den Deder neh-  
 „men, edder Ehne nehmen, uth der ersten  
 „Lading, und leggen ehme in de andern,  
 „drudden Ladung, uth der drudden, in de  
 „veerde, vöfftten, sösten Lading, uth der sö-  
 „sten in der sövenden, achten, negenden La-  
 „ding, und leggen ehme Ehtelofs, Rechte-  
 „lofs, Fredelofs, des Koninges Viendt; des  
 „Landes Schade. *Der Vogd antwortet.* So  
 „nehme ick dy N. uth der ersten Ladung, und  
 „legge dy in de anderen, drudden Ladung,  
 „uth der drudden in de veerden, vöfftten, sö-  
 „sten Ladung, uth der sösten in de söeven-  
 „den, achten, negenden Ladung, und legge

„Ehme Echtelofs, Rechtelofs, Fredelofs, des  
 „Konings Viendt, des Landes Schade. *Des*  
 „Raths-Diener fährt fort. Herr Vaget, Hyr  
 „steyt N. und biddet, dat Gy ehme willen  
 „enen Mann wysen, de ehme ein Ordell fin-  
 „de, dat recht is, wo Hy synen Fredelosen  
 „Mann schall verfolgen? *Der Vogd antwortet.*  
 „Dat schall N. finden edder doen. *Der Blut-*  
 „Freund, oder Raths-Diener fährt fort. Herr  
 „Vaget; dat schall He doen mit synen Nege-  
 „sten Fründen, und schall eene Kampes ple-  
 „gen. *Der Raths-Diener fährt fort.* Herr Va-  
 „get &c. Hyr steyt N. und biddet, dat Gy eh-  
 „me willen einen Mann wysen, de ehme ein  
 „Ordell finde, dat recht is, wo he synen Fre-  
 „delosen Mann hüset, heget, herberget, wo  
 „He den sülvigen holden schall? *Der Voigt*  
 „antwortet. Dat schall N. finden edder doen.  
 „*Der Blut-Freund oder Raths-Diener fährt fort.*  
 „Herr Vaget. Den schall He holden, alse  
 „den Sakewolden, Idt sy den, dat He ehme  
 „tho rechte stellen wolle. *Des Raths-Diener*  
 „fährt fort. Herr Vaget. Hyr steyt N. und  
 „biddet, dat Gy ehme willen einen Mann  
 „wysen, die ehme ein Ordell finde, dat  
 „recht is. Vor syn fredelose Mann schall fre-  
 „de hebben. *Der Vogd antwortet.* Dat  
 „schall N. finden edder doen. *Der Bluts-*  
 „Freund oder Raths-Diener fährt fort. Dat  
 „schall he hebben drey Dage in St. Peters-  
 „Munster, und vorsehen sück den, wo he  
 kan.

kan. *Des Raths-Diener fährt fort.* Herr  
 Vaget. Hyr steyt N. und biddet, dat he  
 syn Schwert möge wedderümme inste-  
 ken. *Der Vogt antwortet.* Idt schall ehme ver-  
 lövet syn. *Des Raths-Diener, steckt sein Schwert in  
 die Scheide, und fährt fort.* Herr Vaget. Hyr  
 steyt N. und biddet, dat die Herren wil-  
 len upstaen, und den Döden syne Wun-  
 den besehen. *Der Vogd befiehet und spricht.*  
 Openet den Sarck. *Er besiehet mit den Blut-  
 Herren die Wunden, spricht zu den beyden Blut-  
 Herren.* Sy wollen solcher Wunden ein-  
 gedencck, und Zeugnisse geben. *Der Raths-  
 Diener, nachdem die Herren wiederumb nieder-  
 gesessen, fährt fort.* Herr Vaget. Hyr steyt  
 N. und biddet, dat gy ehme willen ver-  
 löven, dat de Fründe mögen den Döden  
 thor Erden bestedigen. *Der Vogd antwortet.*  
 Idt schall ehnen verlövet syn. *Des Raths-  
 Diener fährt fort.* Herr Vaget. Hie steyt  
 N. und biddet, dat gy ehnen willen verlö-  
 ven, dat Gerichte wedderomme tho rüh-  
 men. *Der Vagd antwortet.* Idt schall eh-  
 nen verlövet syn. *Die Herren stehen auff, und  
 der todte Körper vvirtd auffgehoben, und zum  
 Grabe gebracht.*

§. 15. Si ad aliam, quàm Westphalum,  
 hæc scriberentur, deberent, fateor, in Latinum  
 verti. Nunc necesse non est; Notulæ  
 quoque quædam addi possent si Tibi voces,  
 Vir Clarissime, ignotæ essent. Gündinge/scis

notare iudicium, & quidem potissimum Criminaliale. *Sackewolde* est reus, glossa in *Spec. Saxon.* lib. 1. art. 62. & in *Artic.* 14. lib. 3. ibidem quoque & art. 63. in *Glossa Kampes Plegen.* est *peinlich anlagen/ oder am Leib besprechen.* *Rechteloß* est secundum *Wenerum* *Rechtloß* vel qui existimatione privatur. Seu, qui fit infamis, ut vult *Colerus* part. 1. De iis. 108. num. 53. & sequentibus aliis *Recht* est legitimum, & hic *Rechteloß* hoc loco esset, qui ad iudicium non admittitur, & sic censeretur infamis, qui à iudiciis & testimoniis excluduntur, & intestabiles in iure nostro habeantur. Vide *Sodes Adsertionem Libertatis Bremensis* pag. 761. qui excludendi sunt hominum consortiis, ut illi, qui sunt banniti. *Gail.* de pace pub. Lib. 2. cap. 1. num. 25. Sed prior designatio forte verior, quia secunda, *Rechteloß* excludit fontem à beneficio juris, eoque, donec se defenderit, infontemque evicerit. Tertium *Fredeeloß* indicat bannitum, neque tutum ullibi locorum esse. *Carpzov.* *Crim. pr. quæst.* 140. n. 98. ideoque permittitur *Consanguineis* persecutio rei, und *ohne Kampes to plegen:* id est: datur iis potestas, fontem ubique Criminaliter accusandi. Fit quoque ita proclamatus, donec se defenderit, *Imperatoris, & Imperii inimicus*, quod *Phraseologia* vult: *Des Konings Viant und des Landes Schade.* *Tralatitium* est, *Imperatorem*, in antiquis mo-

numentis, sæpiuscule vocari Rönig/ Regem  
item, ita se ipsum aliquando vocare. Vide  
juramentum Ottonis Imp. & Goldasti,  
Reichs-Sakungen/ in Caroli Magni Consti-  
tutione Von Verchtigkeiten und Freyheiten  
der Friesen.

§. 16. De toto hoc judicio Bannitorio, ut  
vocatur Germanicè Die Beschreyung/ ex-  
tat disputatio Juridica D. Conradi Koch I. V. D. &  
Practici Bremensis, sub præsidio Consultissimi  
Viri D. Henrici MEYERI, Professoris, postea  
Senatoris Bremensis habita Anno 1674. Si-  
mile huic judicio apud quosdam est, das alte  
Baarrecht/ *jus feretri dixeris*, magis adhuc,  
das Bannrecht. De quibus Celeberrimus  
Schottelius de singularibus & antiquis Germano-  
rum juribus cap. 3. Itidem *jus municipale*, ubi  
vom Rügerecht und vom Ruhland Statuisque  
Rulandinis. Laudo, quod apud alios, ubi judi-  
cium hoc der Beschreyung/ vel das Baars-  
recht/ adhuc in usu, sublata inclamatione Jo-  
dut, vel Jodute över N. substituerunt. Zetter  
über N. uti refert laudatus sæpius Schottelius  
d. c. 3. §. 5. pag. 66. de qua voce (y) Martinius

M m 5

in

(y) Zettergeschrey est talis clamor, qui audientibus timo-  
rem ac tremorem incutit; Nam Zittern/ cum quo con-  
venit Gothicum *Titra*, olim scribebant *Zederen* vel  
*sederen*. Possideo Manuscriptum codicem, in quo  
preces leguntur, cujus in nescio quo monialium cœ-  
nobio usus fuit; in illo de Christo legitur; *dar gingestu  
an den beke sedron; unde beghundest to SEDERENDE*

un-

in Lexico, voce ploro. Usum hujus Zetter  
 vel Blut-Gerichts/ nullum fere video, nisi  
 quod pro citatione publica fugitivi Occisoris  
 haberi possit, per quam res seu crimen in ju-  
 dicio habetur deductum, & præscriptio ejus,  
 quæ post Vicennii, aut alterius legitimi tem-  
 poris elapsum, objici posset, tollitur. Hæc  
 de Jodute habe. Vale, Vir Clarissime & me  
 ama. Deus te servet. Scripsi Bremæ  
 ipsis Nonis Aug.  
 clolcccIII.

VI.

*unde to bevende.* Sic in veteri versione Saxonica,  
 Luc. VIII: 47. ubi Lutherus habet. *Ram sie mit Zit-  
 tern/* legitur: *Quam se mit tzeterende.* Facessat ita-  
 que illorum opinio, qui Zedut vel Zeduck cum Jodutte  
 confundunt, & utrumque à *citando* deducunt, quasi  
 sceleris cujusdam rei, invocatione statuae Jodutte ci-  
 tarentur ad hujus tribula. Videtur fuisse proprie  
 Zettergeschrey vociferatio in bellis usitata, cui quo-  
 modo hoc nomen conveniat, hæc docebunt Taciti  
 verba L. de Mor. Germ, c. 3. *Sunt illis carmina, quo-  
 rum relatu, quem Barditum vocant, accendunt animos,  
 futuraeque pugnae fortunam ipso cantu augurantur.*  
**TERRENTENIM TREPIDANTES** (en tibi explica-  
 tionem des Zettergeschreyes) *prout sonuit acies. Affec-  
 tatur praecipue asperitas soni & fractum murmur, ob-  
 jectis ad os scutis, quo plenior & gravior vox repercussa  
 intumescat.* T. d. H.

*Petri von SARN,*  
de *Angelo Satan colaphizante*  
*Paulum,*

ad 2. Cor. XIII. 7. 8. 9.

Observatio nova.

**S**ententiam Doct. LAKEMACHERI in  
Disquis. de (a) *Palo Carni Paulo dato*,  
quæ Bibl. hujus Cl. VI. Fasc. IV. ter-  
tium occupat locum, & Cl. HA-  
SAEO in *Adnotatiunculis* palmam reli-  
quis præripuisse visa est, meo, primo gustu,  
non amaram fuisse palato, publice profi-  
teor.

Verum dum magis hunc, attenta mente,  
ruminavi locum, forte hæc, de LICTORE  
RO-

(a) Auctoribus, qui hunc locum excusserunt, à me me-  
moratis T. VI. p. 648. nunc adde Gøthh. *Heideggeri*  
*Recr. sacr.* p. 108-152. Flagellationem, quamvis  
prorsus alia ratione heic intelligendam vult *Isaacus*  
*Vossius*, ejus sententiam non contemnendam vo-  
cat *Almelovenius* in *Amoenit.* p. 136. Verba ejus,  
in annot. ad *Catullum* pag. 223. ubi non facile ea  
quis

ROMANO Paulum flagellante, meliori, quam de *Judaicæ Synagoge Ministro*, intelligi Jure, suspicari sumsi ansam.

I. Per 'ΑΓΓΕΛΟΝ CATAN, non Spiritum malum, sed *Ministrum* aliquem *adversarium* commode indigitari, vidit modo Sacri Codicis Interpretes eximius, PELLICANUS, inter alia hunc *παρρησιαστικόν* locum: *Additus est autem affligendo mihi, qui Christi rem ago, nuncius & minister Satanae, qui meo obstrepat Evangelio, meque sevissimis persecutionibus divexet.* Hoc atro verum carbone ε'μφαστικῶς LICTO-REM ROMANUM, qui non solum Pauli erat *Adversarius*, sed & maxime *Satanae* in Gentilismo & præprimis in Imperio Romano, veluti Throno insidentis & regnantis,  
Mi-

quisquam quaesiverit, occurrant, integra adscribam; *καδουψ*, inquit, est flagellum s. nervus, idem qui *σκολυς* & aliquando *σκολοψ*. Cum omnia haec vocabula ejusdem sunt originis à *καδω* nempe, i.e. taurea seu corio bubulo. Harum vocum ignoratio fecit, ut cum alia loca, tum etiam verba D. Pauli ad Cor. XII: 7. non recte interpretes reddiderint, quo enim loco legitur, ε'δοθη μοι σκολοψ τη σαρκι αγγελου Σαταν, inepte vertunt *Aculeum* carni insertum; sic enim reddendum fuerat. Datus est carni meae angelus Satan, qui vice flagelli castiget me; Hæc ille. Sed vellem vel unicum exemplum fuisse propositum, quo doceretur *σκολοπη* notare flagellum.  
T. d. H.

*Minister*, notari, prolixa non indigere demonstratione autumo.

II. Huc ducit quoque  $\epsilon\sigma\kappa\omicron\lambda\omicron\pi\omicron\sigma$  nomen: Si etenim derivatum à  $\sigma\kappa\alpha\iota\delta\omega$  fodio, significet

1. *Palum* lignumve acutum atque ita *Columnam* infixam & quasi infossam, palam aluditur ad morem Romanis usitatissimum: unde non ignotum illud **PLAUTINUM** in *Bacchidibus* p. m. 286.

*Abducite hunc*

*Intro atque adstringite ad COLUMNAM fortiter.*

2. Si vero  $\epsilon\kappa\omicron\lambda\omicron\upsilon$  vertatur per *Stimulum*, quo Caro quasi effodiatur; Itidem Romanis in more fuit positum, crucifigendos (quidni & aliis afficiendos poenis!) in vitalibus compungere stimulis. Conf. **JOH. NICOLAI** de *Calcarium usu & abusu* Cap. III. §. 5.

3. Si autem  $\epsilon\kappa\omicron\lambda\omicron\upsilon$  pro qualibet re acuta sumatur in suppliciis adhibita: E. G. *Spinis* vel *Virgis* aculeatis &c. quo pacto quidam *Scorpiones* i. Reg. XII. II. explicant apud **DOUGTHAEUM** *Analect. Sacr. ad V. T. Excurs.* C. I. p. 175. Non minus Romanis hic  $\epsilon\kappa\omicron\lambda\omicron\upsilon$ , uti Eruditis patet, convenit.

Addatur interim Rehoboami l. c. dicterio illud **THEOGNIDIS** *Sent.*  $\psi$  845. 846.

Λαξ ἐπιβα δημω κενεοφρονι, τυπτε δε κεντρο  
 ὄξει, ημ ζευγλην δυσλοφον ἀμφιπιδει.

*Calcibus insulta populo fatuo, percuteque sti-  
 mulo*

*Acuto, Ἔ jugum grave circumpone.*

III. ΚΟΛΑΦΙΖΕΙΝ est proprie *alapas infringere*, ut *colaphis*, aliquando, *tuber sit totum caput*, conquerente, apud **TERENTIUM** Ad. Act. II. Sc. II. *Sannione*. Quod *servis* sapissime in pœnam cessit: Unde **PETRONIUS** *Satyrici* p. m. 20. *Ceterum inter tumultum, cum forte paropsis excidisset Ἔ puer jacentem sustulisset, animadvertit Trimalcio, COLAPHISQUE objurgare puerum ac projicere rursus parapsidem iussit.* Confer 1. Pet. II. 20. Ex quo fonte *Sospitator* noster *Servi* instar *abjectissimi*. Matth. XXVI. 67. Marc. XIV. 65. & ipse *Paulus* Act. XXIII. 2. *colaphis* fuerunt excepti.

Verum cum per *Συνεδοχην* Verbum ΚΟΛΑΦΙΖΕΙΝ pro pœnis & castigationibus, usurpetur variis, ut docti *VIRI* in *limine laudati* dederunt probatum; Quid impedit, quo minus & per *ραβδιζειν* explicari queat, qua voce ad morem Romanum alludi optime docet *Cl. van ALPHEN* ad 2. Cor. XI. 25. Conf. Act. XVI. 22.

IV. *Paulus Dominum*, ut hic *ANGELUS SATAN* *secederet* atque ita flagellare desineret, *orasse* dicitur, qui vero responderit: *Gratia mea tibi sufficiat* &c. vl. 8. 9.

Dum

Dum enim Judæi numerum quadraginta plagarum in lege Deut. XXV. 3. determinatum habentes, secundum traditionem triginta infligebant novem. Vide PFEIFFERI *Antiquit. Ebraic. selectas* Cap. II. §. 15. &c. Unde lux affulget loco. 2. Cor. XI. 24. Romani neglecto numero absque ulla flagellabant gratia, *πῶδας ἐπιθεντες πληγας*. Act. XVI. 23. unde & Pontificiorum quidam, Christum ultra quinque millia plagarum, coram Pilato, perpetuum fuisse, accurate norunt, notante H. MULLERO *de Jesu patiente* Observ. XXXIII. pag. 234.

Quare si Pauli colaphizationes iteratas hic intelligamus, illud Domini responsum ἄρα κες σοι ἢ χάρις μου: optime quadrare censei poterit q. d. licet nulla apud Ministrum tibi adversarium, LICTOREM illum ROMANUM, indefessa, præter numerum, flagellantem manu sit gratia, Mea tibi sufficiat gratia &c.

V. Paulus se TER flagellatum dicit. Qui numerus à nonnullis capitur indefinite pro sæpius, sed rectius intelligitur definite, ut bene monet Cl. MARCKIUS in *Diss. ad h. l. §. 2.* citans Matth. XXVI. 34. 44. Act. X. 16. & 2. Cor. XI. 25. In quo ultimo loco Paulus se TER Virgis cæsum fuisse, more nimirum Romano, humillimo gloriatur modo.

An ergo ad hos TER repetitos *εσβδιουσε* Paulus oculum forte intenderit, Eruditis, ne prolixior sim, disquirendum proponitur.

VII.

Ad Virum Celeberrimum  
**CHRISTOPHORVM**  
**AVGVSTVM HEV-**  
**MANNVM,**

*IRENAEI (a) BIBLIOPHILI*

Epistola,

In qua nonnullas observationes, ad illustranda quaedam loca *Elogiorum* (a) *Sammarthani*, quorum is nuper Editionem novam, orbi erudito exhibuit, pertinentes, afferuntur.

VIR Celeberrime,

**Q**UAM mihi iteratis jam vicibus, post unas alterasve ad Te privatim exaratas literas, luculentam fecisti amicitiae humanitatisque significationem, ea adductus, facile a me im-

(a) Quis sub hoc nomine delitescat, juxta scio cum ignarissimis. Hoc unum me voluit scire, illum in loco plus XC. miliaribus a patria mea sito, commorari. Pu- bli-

impetro, ut publice Te nunc compellem. Cuius rei veniam, HEVMANNE optime, nominus promte mihi, spero, indulgebis, atque æquo nunc animo TE intelligo ferre, quod nomen TE meum verum nuper celavi, ex quo caussam ejus aliquantum TIBI probare licuit. Quare & in præsens patieris me sub eodem nomine delitescere, quod alias adsciscere visum est. Ceterum, quin quæ oculis Tuis publice hic subjicio, placida mente lecturus sis, dubitare me nullatenus sinit incredibilis; quæ passim laudatur, humanitas tua, qua motus, non tantum in elegantissima, quam adornare cœpisti, *Pœcile*, inter tot clarissima per orbem literatum nomina, obscurum Bibliophili nomen extare voluisti; sed & rudes aliquot & inelaboratas commentationes meas, quas fasciculis comprehensas, literis adjunxeram, citra vel meritum illarum, vel meum ipsius petitem, dignas judicasti, quas doctissimis Philosophorum Actis insereres, (b) *Class. VII. Fasc. III.* Na sed

blice tamen illi pro bonae suae erga me voluntatis significationibus, quas mihi dedit, gratias ago. Huic scripto, quamquam a nostro instituto paulo sit alienius, eo lubentius tribuere volui locum, quod spem mihi excitarit fore, ut alia, ad scopum nostrum accommodata magis, quanto cyus subsequantur. Eam ne fallat, etiam atque etiam peto. T. d. H.

(a) De voce *Elogii* vid. omnino Frid. Taubmannus in comm. ad *Culicem* Virgilii p. 139. sqq. ubi & exempla plura Elogiorum veterum ex opere inscriptionum Gruteriano profert.

(b) In *Obs.* ubi de VII. *sapientum* libro egi, *Eleono-*

sed quas ego ipsemet indignas censeo illa gratiarum actione, quam TIBI, quæ Tua est humanitas. Javelli (cujus opera teste *Quenstedtio* in *Dial. de patriis Doctorum Virorum*, p. 392. & *Catalogo quodam librorum MS.* qui penes me est, in TRIBUS tomis in fol. extant) de *Platonis Philosophia morali commentationis*, recensione qualicunque, quæ parte illorum XIV. comparet, placuit subnectere; in tuum interrim sinum libentissime refundens elogium, quod mea minime capit doctrinæ ingenique angustia, quodque non nisi candor tuus tibi expressit. Melanchthoniana (c) forte epistola, quam tum in primo *Pociles* libro, luci exponere publice dignatus es, magis excitatus. Sed venio ad præsens institutum, quod, nihil opus est, ut TIBI verbosius approbatum eam, rem paucis sic habe.

Optimo consilio, & a Celebb. Actorum  
Lipf. Collectoribus debita laude ornato, (d)

re-  
ram primum Galliae, deinde Angliæ Reginam, doctam suo tempore, me intellexisse per conjecturam, hic significo, eique librum de Equite Ponto, Gallice primo scriptum deberi, deinde interpolatum puto.

(c) Epistolam aliam ante ineditam Melanchthonis, legere licet in hac ipsa Bibl. Cl. II. p. 346. 347. conf. Cl. I. p. 147. ubi Cl. *Bunemannus* de aliis nonnullis Melanchth. Epistolis, ex MS. crutis publicatisq; differit, libris tamen ab ipso excitatis facile plures alii addi possent, quibus separatim nonnullæ Philippi epistolæ sunt insertæ.

(d) Conf. Act. Erud. Lipf. Lat. A. 1723. p. 47. 48. ubi ista

recudi nuper iussisti, notisque eximiis illustrasti, *Sævole Sammarthani Elogia Gallorum, Sæculo XVI. doctrina illustrium*, a doctissimis viris certatim laudata & æstimata. Quo nomine publice Tibi gratulor, qui id sane effecisti, ut liber iste pulcherrimus, tanta accuratone a TE recognitus tantaque typorum chartæque elegantia descriptus, avidissime nunc legatur, omniumq; facile teratur manibus. Optandum profecto esset, ut, si elegantissima Erythræi Pinacotheca, a doctissimo C. S. *Schurzfleischio* Epist. Arc. T. I. Ep. 201. p. 334. merito laudata, aliquando recudenda denuo fuerit, ea vel a TE ipso novum ornamentum, & in nonnullis locis lucem acciperet, (e) qui de Sammarthano tuo tam præclare es promeritus. Hanc

N n 2 Tuam

ista editio accurate recensetur. Memorabile est, hanc Tuam, VIR Clar. editionem circa idem tempus in eruditorum manus pervenisse, quo ante hoc ipsum Sæculum (1623. d. 29. Mart.) Sammarthanus diem suum obiit.

(e) In hac Erythræi Pinacotheca, dum p. 279. Elogium Galilæi *Galilei* lego, quod tamen nonnihil fellis adjunctum habet, in mentem venit promissorum, quibus p. 263. p. XIV. Act. Philos. in quibus vitam *Galilei*, pulcherrime a doctissimo Vincentio *Viviani*, Italico idiomate descriptam, & a quodam amicorum tuorum diligenter in nostrum sermonem translata, exhibere cœpisti, TE obstringere liberaliter voluisti. Qua occasione liceat monere, inter Georgii Richteri Epist. selectiores p. 827. 828. reperiri duas Matthiæ *Berneggeri*, ad Casp. Hofmannum Epistolas, de *Galileo* nonnulla scitu digna tibi suppeditaturas.

Tuam editionem cum haud ita pridem cupide, ut omnia tua soleo, & attente simul perlustrarem, ad pag. ejus 98. delatus, notam tuam, in qua de Jo. TILII editione *Caroli M. Librorum IV. de imaginibus*, quam adscito Eli Philii nomine, emisserit, nonnulla affers, plus simplici vice perlegi, tum, ut nihil diffitear, conjectura ibi adducta, mihi non prorsus satisfaciat. Sed commodum accidit, mihi certe gratissimum fuit, ut eodem tempore, Cl. VI. fasc. III. Bibliothecæ hujus, quam *delicias doctorum* (β) vocaris, serius paulum narciscerem, cujus observationem Vitam simul ac oculis adspexi meis, gaudio ingenti sum perfusus, spe fretus certissima, fore, ut, quod postea gratus intellexi, quæcunque circa illius libri historiam literariam; dubia adhuc fuere & obscura, optime ibi dilucidata, reperiam. Nec fefellit me sane opinio, postquam me continere non possum, quin eruditissimo illius diff. auctori, mihi equidem, quod doleo, ignoto, ejusque Commentatori Hasæo, cujus præcipue annotationem (γ) p. 533. n. 3. subjectam,

ex.

(β) Hoc judicium suo periculo scripserit pereximius Auctor. T. d. H.

(γ) Nuper Jo. Ludolphus BUNEMANNUS, Vir clarissimi nominis in spec. *Mastriobtianorum* aliam proposuit conjecturam, quasi ELI. PHILI. notet *Elibertina* (Synodo) PHILIOS, i. e. Elibertinae synodo amicus, quia illa quoque damnaverit cultum imaginum. Sed, quod addit ipse, quam recte & bene, judicent sagaciores, T. d. H.

exſculor, gratias agam, utinam dignas ope-  
ratam præclara. Optarem, uti hic fascicu-  
lus prius in manus tuas perveniſſet, quam iſta  
Elogiorum Editio fuit publicata; ſic enim ex  
laudata Diſſ. multa præclara potuiſſes haurire,  
ex quibus vitæ Tiliorum nonnihil lucis acces-  
ſiſſet.

Ceterum, quando Haſæus, ibidem p. 536.  
in n. k. ſubjecta, de utroque Tilio hæc ipſa  
quoque Sammarthani Elogia conſuli jubet, quo  
quidem tempore elegantiffima tua editio ad-  
huc ſub prelo ſudabat: ego non ſolum egre-  
gias iſtas obſervationes in novum hoc exem-  
plum libri Sammarth. breviffimis tranſcripſi,  
ſed & hinc occaſio mihi ſubminiſtrata eſt  
tuam editionem cum Jenenſi (quam propter  
raritatem in Gallia excuſarum editionum,  
uſui meo jam diu deſtinaveram, variisque ad-  
notatiunculis, margini adſcriptis, paſſim illu-  
ſtraveram) accurate comparandi, notasque  
a te additas, cum iis conferendi, quæ diverſo  
tempore oræ aliquando alleveram. Depre-  
hendi, me paſſim annotaſſe, quæ illuſtrationi,  
nonnunquam & emendationi nonnullorum  
Elogiorum haud parum inſervirent; multa  
quoque obſervaſſe, a te ipſo nunc annotata,  
ſed & haud pauca, a TE prætermiſſa, tametiſi  
inſtitutum tuum ex præfationis §. XII. optime  
mihi perſpectum eſſet. Haſ meas obſerva-  
tiunculas, cum editione Jenenſi ipſa, quæ ad  
Tuam comparata, merito mihi jam ſordet,

negligerem lubens, nisi inter istas, nonnullæ se mihi obtulissent, forte haud indignæ, quæ in lucem proferantur, Tibi certe, Fautor honoratissime, non prorsus ingrata futura, quas & iudicio Tuo penitus subijcio, adhuc abs TE contendens, ut, quod subtracto vero nomine TE publice alloquar, (f) ne ægre, feras. Paullum tamen diutius me occupatum habebit elogium *Christophori Longolii*; quem Erasmus in Epistola quadam ad Budæum, hominem impense doctum vocavit, ut sexcenta alio.

(f) Egregie Jo. Sleidanus in præfat. Orat. duabus elegantissimis, latine tandem a se conversis, A. 1544. præmissa, quarum una ad Carolum V. Cæsarem, altera ad Germaniæ Principes omnes ac ordines imperii pertinet; *Scripta sunt, inquit, a me lingua Germanica Orationes due, quæ prodierunt sub nomine Baptista Lasdeni, & prodierunt sub eo nomine, non tam mea quadam sponte, quam sic volentibus amicis -- Quantum enim ad me pertinet, liberalius & magis ingenuum semper esse putavi, non dissimulare vel tegere nomen, in libro, quam edi quis velit, ne quid agi videatur callide magis, quam vere; tametsi fieri posse non negarim, ut sit locus aliquando dissimulationi.* Extant hæc verba p. 412. inter Joh. Sleidani opuscula quædam, opera Meliæ Putschii collecta, & Hanoviæ 1608. 8. edita, hodie paullo rariora. Dedicationem elegantem; quæ laudes Sleidani & scripta recenset, scripsit Stada: A. 1606. Idib. Febr. Sed obiit, antequam publicata essent illa opuscula, uti typographus in præfat. qua Putschium commendatum valde leges, monuit. Conf. P. I. *Nevi Access.* ad *Wheari Relect.* hiemal. p. 40.

aliorum testimonia omittam; quemque vel sola ejus ad Luterianos oratio, oblivioni facile subtrahit. Videor mihi, ut alibi, ita in ejus vita nonnulla afferre posse, ab aliis haud observata (g) ex quibus quoque quodammodo patebit, cur in hac Bibliotheca locum etiam invenire queant, quæ nunc pace Tua, & candidi lectoris venia, ad Sammarthani Elogia commentabor.

*Ad Præfationem Cl. Editoris.*

Ad præfationem luculentam, quod adjiciam, nihil habeo, memoratu admodum dignum. In §. II. existimas, HEVMANNE doctissime, primum edita esse illa elogia (quorum numerus ad extremum Centuria una & dimidia absolvebatur) Augustoriti Pictonum 1598. 8. addistamen, si Draudii fide standum

N n 4 sit;

(g) Liceat mihi hic quodammodo mea facere verba præstantissimi Viri, Jacobi *Hasai*, nunc cælo recepti; cujus ornamenta literaria hæc ipsa Bibliotheca vehementer desiderare incipit; *Quicquid protuli, inquit, proprii esse fundi fructus scio, si vero & alieni sint, hoc est, quo & alii in easdem ante me inciderint cogitationes, id vel ipse monui, vel alios id observasse, nescius fui, qui ad id me obstrictum non sentio, ut de una re scribens numne idem fortasse alius ante me dixerit, ea propter ut id monere possim, mille libros commentationum, quorum paucissimis ego utor, excutiam. vid. ult. §. eximiorum ejus *Analectorum*, Class. II. Bibl. Brem. Fasc. VI. ap. 988 1073. insertorum, quod institutum utinam in singulis Classibus ad finem perductis, Vir quidam doctrina præstans, persequeretur, uti laudabiliter cœpit Cl. *Harckenrothus*.*

fit; qui vero p. 1285, ea etiam 1597. prodidisse cum affirmet, typographi vitium tecum hic ipse agnosco. Mihi ad manus est Bibliotheca Classica Draudii ex editione 1611. in cuius p. 783. sub tit. Gallorum elogia, ea 1598. 8. August. Pictonum lucem adspexisse memorantur; Alterum a te excitatum locum invenire non licuit, inter vitas Eruditorum quoque, nequicquam ibi quæsitum. Sed vel ipsa Sammarthani inscriptio, carmine comprehensa, quæ Augustoriti Pictonum, Kal. Aug. 1598. exarata est, satis indicat, illa elogia 1597. forte adhuc in scriniis esse asservata. Jam etsi mihi non magis, ac summo Schurzfleischio (h) ista Draudii Bibliotheca satisfacit; hic tamen nequeo a me impetrare, ut Tecum statuam, illam esse primam omnium editionem, A. 1600. Pictavii in 8. teste Catal. Bibl. Thuanæ, exscriptum. Fidem hic utique habeo Draudio, quem non tantum subscriptionem Scævolaë, sed ipsum librum legisse, existimo, 1598. publicatum. Age, VIR doctissime, & judica, num sufficienti argumento eo adducar. Nimirum in vita Sammarthani tui, p. 387. in collectione Batesiana, de qua paullo post, producitur egregium iudicium Scaligeri de Carminibus Scævolaë;

(h) In Epistolis selectioribus; Epist. XLIX. Draudii Bibliotheca, ait, apud me nullo numero est, brevi, ut audio, augetur.

*Nihil in Carminibus tuis, inquit, video, quod omnem nostri temporis poetice non longe exsuperet &c.* Scripsit hæc ipse Scaliger in literis ad Sammarthanium M. Febr. 1598. datis. In alia epistola idem Scaliger scribit, *illius poemata omnibus nostri seculi palmam præripuisse.* Sed hæc quidem nihil ad institutum. Attendes tamen velim ad verba p. 388. reperienda, quæ transcripta sisto: *Religio esset (inquit auctor vitæ Sammarth.) hoc in loco tacere dignum elogium alterius illius bonarum literarum luminis Justi LIPSII. Sub finem sæculi postremo elapsi, ad Dominicum Baudium scribens, his verbis utitur, brevibus quidem pro more suo, sed magni ponderis: Sammarthani poemata & Elogia vidi, illa docte, hæc & prudenter scripta. Felicem etiam Filiis patrem! gaudeat & fruatur. (i) Non possum, quin & alia verba ex p. 396. sq. adjiciam, quia Batesiana collectio & opera Sammarthanorum rariora sunt. Eodem tempore, (locutus est auctor vitæ paullo ante de oda Sammarthani, qua memorabile illud trophæum decantavit, ab invictissimo principe reportatum in pugna Eu-*

Nn 5 rien-

(i) Vid. quæ Cel. Reimmannus P. I. p. 240. Histor. Liter. de hoc libro affert, collata annotatione, brevi quidem, sed huc pertinente, Cl. Mölleri, ad hunc ipsam locum. *Veritatis solius gratia hæc allego, non ut pristinas horum virorum de re literaria bene merentissimorum lites resuscitem.* Merita illorum, ut par est, æstimo dudum. Extat ea p. 703. p. VII. des außsührlichen Berichtes von allerhand neuen Büchern.

rienſi adverſus ingentes Ligæ copias & Hiſpanicas &c.) *Elogia Virorum doctrina illuſtrium, qui in hoc regno poſtremi Sæculi curriculo floruerunt, ſermone ſoluto latine deſcripſit: unde permagnum nominis & fame augmentum adeptus eſt; qui verbis quidem conciſis, ſed materiæ multum complexis, le- tiſſima quæque ſive de vita, ſive de rebus geſtis iſto- rum hominum magnorum (quorum pleroſque vidit novitque) ſive de ſcriptis eorum luculenter & ſignate animadvertis, quod tanta elegantia & ſtyli puritate fecit, ut quam proxime accedat, & ſi auſim dicere, vix cedat quidem eloquentiſſimis priſcorum tempo- rum ſcriptoribus. Quin & ingenii vim incredibilem monſtravit, rem ſæpe eandem tanta verbarum va- rietate illuſtrando. Haſtenus ille. Addi po- ſunt ad hæc verba, quæ TV, VIR doctiſſime, ſ. XX. præfat. bene annotaſti, quæque mire inde confirmantur, item ſ. I. a TE dicta.*

Sed ut redeam ad Editionem 1598. emis- ſam, quam Lipſium ſub finem Sæculi XVI. vi- diſſe, ſupra dictum eſt; illa meo quidem ju- dicio, prima omnium fuit. Hic tantum hæ- reo, & certiora cognoſcere geſtio, an illa *Elogia ſeparatim, an conjuncta cum poemati- bus ejus, prodierint. Commodum me ſen- tio incidiſſe in hanc cogitationem, occasio- nem inde captaturus, de Editionibus illorum Elogiorum Analecſta quædam ſcribendi, & ſ. II. & III. præfat. Tuæ illuſtrandi. Non vereor, ne ingratiis Tuis, vel lectoris, id fa- ciam, pertinet enim iſtud quodammodo ad*  
hi-

historiam illius libri literariam. Age ergo, & mecum editiones, quotquot mihi jam innotuere, recognosce, earumque titulos:

1. Primam omnium illam esse, suspicor, Draudio memoratam sub hoc titulo: *Scève-  
le Sammarthani Virorum hoc seculo celebrium in  
Gallia, Elogia, Augustoriti Pictonum.* 1598. 8.

2. Ejusdem *Elogia, cum ejus Poematibus, Pi-  
ctavii* 1600. 8. (teste Catal. Bibl. Thuanæ  
P. I. p. 494. & P. II. p. 291.)

3. Ejusdem *Elogia, Pictavii* 1602. (vitium  
typographi hic subesse credis, in not. (c)  
quando Labbeus in Bibl. Bibliothec. hujus  
editionis meminit. Est mihi hic liber ad ma-  
nus ex editione 2da auctiori, quæ Rotho-  
magi 1672. 8. prod. in qua pag. 138. Annus  
1602. similiter expressus legitur. Eandem  
editionem Cl. Struvius quoque adducit In-  
trod. ad rem liter. Cap. VII. §. XII. p. 331. &  
*Voglerus* in introd. Cap. XXI. p. 94.)

4. Ejusdem *Elogia Gallorum eruditorum &  
pœmata, August.* 1606. 8. (hujus editionis  
meminit Catalogus Bibliothecæ Adami Chri-  
stophori *Jacobi*, Jcti, Lipsici 1693. 8. editus  
P. II. p. 335.)

5. Ejusd. *Elogia, Parisiis* 1616. 8. (vid *Lab-  
beus* loc. cit. qui eam sub hoc titulo adducit  
editionem: *Elogia virorum doctrina illustrium, qui  
superiori seculo in Gallia floruerunt, Lutetiæ* in  
8. ap. *Petrum Durand*, A. 1616, conf. Catal.  
Bibl.

Bibl. Thuanæ P. I. p. 493. & P. II. p. 291. ex quarum paginarum collatione patet, illis Elogiis poemata quoque adjecta esse. Allegat hanc quoque editionem Cel. Struvius l. c.)

6. Ejusdem *Elogia aucta & recognita*, Lutetiae 1630. 4. (vid. Struvii introd. loc. cit.)

7. *Scevole & Abelii illius filii Sammarthano- rum elogia, vita, & alia opera*, edita in 4t. Parisiis A. 1633. apud Jacobum Villers. (sub hoc titulo citatur a Labbeo loc. cit.)

8. Eandem hanc editionem, eodemque sub titulo producit Morhofius in *Polyh. T. I. Lib. I. Cap. XIX. p. 229.* sed A. 1653. 4t. Paris. prodiisse ait. Nescio, an eadem sit, quam ex Labbeo modo excitavi, & quæ in præfatione Tua §. II. describitur.)

9. *Eloges des hommes illustres, qui depuis un Siecle ont fleury en France dans la Profession des lettres, composez en latin par Scevole de Sainte Marthe, & mis en François, par Guillaume Colletet.* Parisiis apud Ant. Sommavillam, Augustinum Courbé & c. 1644. 4t. (hunc titulum legi apud Labbeum loc. cit. conf. Thuanæ Bibl. Cat. P. I. p. 493.)

10. Ultima est *Jenensis* 1696. 8. de qua tuum judicium §. III. præfat. datum, meum facio.

Habes, decem Editiones istorum Elogiorum, ex quibus tamen duas signo (\*) a me notatas, in medio relinquo. His omnibus

Tua

Tua recens emissa palmam facile præripit.  
 Video interim ex earum recensione, pluri-  
 bus hujus libri editionibus, poemata Scævo-  
 læ adjecta esse, id quod etiam ex Lipsio paul-  
 lo ante adductis verbis licet suspiciari.

AD §. III. PRAEFAT.) Facile hic, ais, TE  
 credere, Scævolam novam subinde limam  
 libello suo adhibuisse. Non possum. quin le-  
 ctoris in gratiam (TU enim id in vita Sam-  
 marth. gallice edita, potes, si lubet, cogno-  
 scere) nonnulla huc transcribam ex Bateſio  
 p. 397. Ita auctor vitæ ejus scribit: „Prosa  
 „ætati illius (Sammarth.) tunc temporis ali-  
 „quanto profectiori, magis conveniebat;  
 „quod ipse quoque Elegia Thuano inscripta  
 „non dissimulavit, quæ fores pulchri illius  
 „palatii, vel ut verius dicam, templi Musis  
 „dicati, & in Galliaæ honorem erecti, sum-  
 „mopere exornat. Cum hæc Elegia in-  
 „choasset, partem eorum ad Scaligerum mi-  
 „ſit, qui carmina illius jam dudum pro meri-  
 „to laudaverat; neque diversam de hoc ope-  
 „re sententiam tulit, quam literis ad Samar-  
 „thanium scriptis, in hunc modum explicat;  
 „Se elogia ejus legiſſe cum infinita quadam  
 „voluptate, quod illustres illos viros bis vi-  
 „vere videret, semel quidem suis ipsorum, &  
 „rursus Scævolæ scriptis. Sed hanc volupta-  
 „tem (ait) non aliam sibi videri, quam quæ  
 „febricitantibus inter bibendum esse solet: ut  
 „enim illi quam maxime vellent poculum, ex  
 quo

„quo bibunt, capacius & aqua plenius esse;  
 „ita se optasse, librum fuisse longiorem, nec  
 „partim satiatum, partim sitibundum reliquis-  
 „se. Quin etiam persuasissimum habere,  
 „communem eorum amicum doctissimum  
 „Thuanum, opus illud calculis suis appro-  
 „baturum esse. Adjeci partem esse hi-  
 „storiam, quam doctos scire oportebat.  
 „Deinde eum hortatus, ut in laudabili  
 „incepto porro pergeret, inquit; Et  
 „beatos illos, qui laudantur a laudato viro,  
 „etiam sermone tam terso, nitido.“ *Hec ille.*  
 Addit quoque, quod omitti hic non debet,  
 libris (doctorum virorum, quorum nomina  
 in elogiis celebrantur) deinde evulgatis, hæc  
 scripta honoraria in limine præfixa esse, tan-  
 topere æstimata, ut eorum gloriam inde  
 incrementum accepisse, persuasum singulis  
 esset.

Verum illa præfat. Tuæ verba magis ad-  
 huc confirmantur ex p. 399. „Scævola, ait,  
 „permultos viros, eruditione suaque amici-  
 „tia pariter cultos, diem obire subinde vi-  
 „derat; quales erant, Claudius *Puteanus*,  
 „Florens *Christianus*, Petrus *Pithæus*, Philip-  
 „pus *Porteus*, Nicolaus *Rapinus*, Joannes *Pas-*  
 „seratius, Nicolaus *Faber*, Stephanus *Pascha-*  
 „sius aliique, qui tristem quidem, sed nobi-  
 „lem materiam *Elogia* sua ulterius deducen-  
 „di, suppeditarunt, id quod extrema etiam  
 „ætate faciebat.“ Hactenus scriptor vitæ  
 Sammarth. Ceterum cum his modo addu-

ctis verbis, compara, quæ ipse Sammarthanus Lib. V. Cap. I. p. 251. n. 9. in vita Arnoldi Offati Cardinalis scribit, & notam tuam e. §. III. præfat. subjectam. Quam vero hic innuis editionem secundam, ea, ut tu existimas, 1616. prodiisse debuit. Sed ex recensione supra a me suppeditata, ista jam quarta esset editio, potuitque Offati elogium jam tertia 1606. emissa, si Catalogo Bibliothecæ Jacobianæ fides est habenda, extare.

AD §. XIX. PRAEFAT.) Quando in hoc §. scribis, lectores animadvertere posse ex his elogiis, omnes singulari doctrina præditos vulgoque exemptos viros, quos Sæc. XVI. in Gallia vidit, sub scriptores fuisse doctrinæ illa tempestate in lucem a Luthero & Zwinglio revocatæ, Romanæque Sectæ errores & agnovisse, & interno animi sensu, quosdam etiam palam repudiasse &c. Hæc, inquam, quando scribis, fateor, me mirifice hic confirmatum esse, collatis cum Elogiis hisce Seckendorffii Lutheranismi, Maimburgii libro: *Histoire du Calvinisme* inscripto, alioque huic opposito: *L' Histoire véritable du Calvinisme, ou memoires historiques touchant la Reformation*, cujus I. B. de Rocolles, virum doctissimum, auctorem esse, ferunt. (\*) Ex hujus potissimum libro multa egregia hauriri possunt, quæ Sammarthano illustrando interdum optime inservient, quanquam & Maimburgius non-

(\*) Conf. Acta Erud. 1684.

nonnulla non contemnenda suppeditare queat, sine examine tamen non semper admittenda.

AD §. XXIII. PRAEFAT.) Recte in not. c. Guid. Patinum notasti, cujus verba a Morhofio quoque Polyh. lit. cap. XIX. Lib. I. p. 230. adducta, censuram merentur. Ultima ex epist. 33. (Tu, VIR Cl. epist. 363. pag. 86. citasti) transcribere liceat: *Si Dieu me fait la grace d'en venir la, je ferai mes eloges plus-beaux, plus curieux, & plus historiques, que ceux de Monsieur de Sainte Marthe, ausquels ils ne cederont que pour l'expression. Je n'y mettrai, que d'honnêtes gens, & dont le merite fera la dignité.* Sed hic mos erat Patini, quem idem Morhof. Lib. I. Cap. XXIV. pag. 305. ubi de Ge. Richteri Epistolis agit, recte & merito reprehendit.

In ejusdem. §. not. d. Atrii Bibliographici Lips. T. II. p. 834. sqq. allegatur. Obiter hic moneo, ibid. p. 837. editionem operum Sammarthorum A. 1632. emissam, perhiberi, quæ 1633. prodierunt. Ceterum gratum mihi, forte & aliis fecisti, HELIMANNE, meque hinc ad gratias publice tibi agendas incitasti, cum me docueris, quæ in operibus illis Sammarthorum scripta contineantur. Duo habeo, quæ pace Tua hac occasione annotata velim. Primum scire gestio, annon inter ejus poemata, aliaq; scripta, gallico sermone antea edita, & in illo opere, teste titulo, conjunctim publicata, reperiantur quoq;

hi libri, in Bibliotheca exotica Draudii me-  
morati, p. 158. En Tibi titulum illorum.

*Scevole de Sainthe Marthe: Le Palingene &c.*  
a Paris Mamert Patifson 1579. *Le Sauterelle*  
Imp. 1556. *Hymne sur l' Avantmariage du Roy*  
*Charles IX.* à Paris ches Fred. Morel. 1570.

Fateor me diu nescivisse, quid τὸ Le Pa-  
lingene, sibi vellet, donec præter ea, quæ  
Wittenius ad A. 1623. habet, legi p. 376.  
vitarum selectarum Batesii, in vita Scævola  
nostri, ista verba, merito illinc excerpenda,  
quæ sic habent: „*Scævola noster gallice tran-*  
„*stulit, vel potius imitatus est opus, quam pluri-*  
„*mis pulchris & salutaribus documentis refertum,*  
„*quod Humanæ vitæ Zodiacus inscribitur, ab in-*  
„*signi Poëta morali nationis Italica, Marcello Pa-*  
„*lingenio (h) carmine latino conditum. Quæ tra-*  
Class. VII. Fasc. III. O o „du-

(h) De Palingenio quando hic mihi sermo est, non  
possum non recordari conjecturæ Tuæ, VIR Am-  
plissime, in *Pæcile* ornatissima Lib. II. p. 259. sqq.  
nuper propositæ, qua putas, sub ejus nomine M.  
Ant. FLAMINIUM latitare voluisse. Adjice-  
rem ad ea nonnulla lubens, nisi scirem, Duum Vi-  
ros præstantissimos Jo. Alb. Fabricium, cui totam  
rem examinandam permisisti, & Juris Consultissi-  
mum *Adeindersum*, quem vitam & Apologiam Pa-  
lingenii propediem in lucem emissurum scribis, tot  
præclara tecum communicaturos esse, ut meis facile  
carere possis. Pace tamen tua paucis aperiam, quæ  
mihi venerunt in mentem, tibi forte haud ingrata.  
Perplacuit mihi ista conjectura, & assensum meum vel  
invito potuisset exprimere, adeo bene rationes il-  
lius subduxisti. Re tamen accuratius expensa, idem,  
quod Tuæ conjecturæ occasionem præbuit mihi

ductio adeo genuina est (sicut omnes alie, quas  
postea feliciter elucubravit) ut Remigius Bella-  
queus animadvertat, authorem hunc extraneum

PA-

obstare videbatur, quo minus illi in solidum pos-  
sim subscribere, id quod lubentissime facerem,  
modo scrupulus, quem mox proponam, mihi esset  
exemptus. Gyraldum, ais, in secundo de poetis  
sui ævi dialogo, docere, sævitum esse in Palinge-  
nii cineres post mortem ejus, ob impietatis cri-  
men, ex quo fonte sua sine dubio hausit Melch.  
Adami p. 117. vit. Philos. De Flaminio idem legi  
in Collectaneis Manlii p. 117. 118. His tibi portam  
fateris esse apertam. Sed hic quidem ante omnia  
de anno Flaminio emortuali est dispiciendum.  
Hunc constat, 1551. diem suum obiisse, (A. 1552.  
Gyraldo naturæ debitum solvente) Eodem Anno  
1551. cadaver ejus exhumatum combustumque esse  
probabile est, si Manlio credere velimus, qui ta-  
men annum adjectum non habet. Nunc res omnis  
redit ad annum editionis Dialogorum Gyraldi. Eos  
ipso anno 1551. 8. Florentiæ prodiisse, testem ha-  
beo Catalogum Bibliothecæ Thuanæ P. II. pag.  
315. conf. Cl. Dornus in Edit. Jonsii de script. Phil.  
Lib. III. Cap. XXII. §. XI. p. 127. Et necesse est, il-  
los post mortem Flaminii prodire debuisse, si ex-  
inde conjecturæ tuæ patrocinium quærere velis.  
Gyraldus porro ea, quæ Palingenio contingere, ut  
rem notissimam, addita forte voce: nuper de-  
mum, vel hoc ipso tempore, describere debuit,  
imo non potuit aliter. Ego vero crediderim, il-  
lum Dialogos suos jam ante A. 1551. scripsisse,  
hoc enim anno, dumne podagricus & chiragricus  
jam ante fuerit, ἐν προδραμοῖς θανάτου stetit. Quid?  
si statuamus, illos Dialogos prelum jam reliquisse,  
eandemque de Palingenio historiam recitare, ante-  
quam Flaminus vel mortuus, vel ejus cadaver  
combustum est, tunc enim omnino duo diversi he-

„PALINGENII nomen quasi divinitus accepisse, bis  
 „natus sit semel suo poëmate, & rursus eruditi Scæ-

O O 2

VO-

homines essent intelligendi. Sed hæc Tibi relin-  
 quo perpendenda, video enim, me iusto plura,  
 jam attulisse. Conciliationem ipse mihi videor fin-  
 gere posse, quæ tuæ conjecturæ faveret. Unum  
 hoc addo, cum p. 224. suspicaris, falsum rumorem  
 de effosso & combusto Flamini corpore, ad Me-  
 lanchth. aures perlatum esse, Gyraldi quoque de  
 Palingenio narrationem falsam esse debere, id  
 quod tu ipse innuis. Aliud exemplum, quod fa-  
 mam Philippum fefellisse, testatum faceret, legere  
 licet in Catal. Codd. MSS. Bibl. Gothanæ Cel. Dn.  
 D. Cypriani, Cap. IV. n. II. p. 108. 109. Porro cum  
 p. 263. ex Sculteti Annal. Evang. locum quendam  
 producis, similem tibi alium afferam, forte Sculte-  
 ti ipsum. Lege, & vide: *In Renata, Ludovici XII.  
 Regis Galliarum Filia, Herculi Duci Ferraria nupta,  
 aula, luce Evangelii illustrata, floruerunt M. Ant.  
 FLAMINIUS, Marcellus PALINGENIUS, Da-  
 niel TOSSANUS & alii.* Vid. Jo. Micælii *Histor.  
 Eccles. omnium Syntagm.* ex edit. Hartnaccii pag.  
 702. De Renata conf. Sleidanus *Lib. XV.* p. m. 425.  
 quem ipsum locum allegasti p. 34. *Elog. Sammarth.*  
 Quando p. 265. Pœcil. de prima editione Zodiaci  
 agis, legere Te velim quæ Cl. Stollus in *Histor. Erud.*  
 Part. I. Cap. V. §. LXVI. not. o. p. 308. sq. annota-  
 vit, imprimis Scaligeri ibi citatum quoque locum  
 evolvere, & addere, quæ Naudæus in libro gallice  
 scripto, quo plures doctos a magiæ crimine libe-  
 rat, Cap. II. p. m. 26. de Zodiaco hoc affert. Ma-  
 num nunc tollere de hac tabula deberem jure. Sed  
 lubet & tibi, VIR Eruditiss. proponere conjectu-  
 ram, cui tamen ipse non multum tribuo, saltem tua  
 non nihil hinc illustratur. Inter *Epistolas Olympie  
 Fulvie Morata* (piissimæ Femine, quæ & ipsa  
 Ferrariæ, atque, teste Melch. Adami p. 75. *Vit.*  
 Phi-

vole versione. (i) Et post pauca interjecta;  
 „Ex imitationibus Palingenii, & aliis ejus operibus,

„<sup>pra-</sup>  
 Philos. in aula Renatae vixit, & paucis ante Flamini  
 obitum annis, in Germaniam ob veritatis profes-  
 sionem commigravit) Lib. I. pag. 115. Edit. pri-  
 mae Basil. 1562. reperio epistolam ei quon-  
 dam ad C. S. Curionem scriptam, Suinfor-  
 dii Cal. Oct. annus non adscriptus est, sed ex  
 computatione annorum patet, illam circa idem tem-  
 pus esse exaratam, quo Flaminius mortuus est, ante  
 Annum tamen 1551. scriptam esse, suspicari licet.  
 Ex ea haec verba excerpo: „Non hoc animo, inquit,  
 „huc (Suinfordium) venimus, ut iterum Italiam pe-  
 „tamus: nam te non fugit, quam sit periculosum il-  
 „lic se Christianum profiteri, ubi potestatem habet  
 „tantam Anti Christus, qui jam, ut audio, ita bac-  
 „chatur, & ita saevire incipit, ut ludum jocumque  
 „dicat alterum illum fuisse, praeterea hujus rabies quae  
 „dat, (reliqua verba non satis me intelligere fateor,  
 „leguntur ea eodem modo in omnibus tribus Editio-  
 „nibus Epist. Moratae.) In omnes enim Italiae urbes  
 „suos Corycaeos misit, neque ut ille alter, ullis pre-  
 „cibus flecti potest. Superiore enim anno, nescio  
 „an tu audieris, Fauninum quendam pium virum,  
 „constantissimae fidei, cum in carcere fere bienni-  
 „um fuisset, (nunquam enim neque metu mortis,  
 „neque conjugis vel liberorum amore, a veritate  
 „discedere voluit) suffocari, deinde corpus crema-  
 „ri, nec hoc contentus, ossa in Padum projici jus-  
 „sit. Quare licet meorum maximo desiderio te-  
 „neor, tamen in ultimas terras proficisci malle;  
 „quam eo redire, ubi ille tantopere saeviendi pote-  
 „statem habet.„ Audi & alia verba ex alia Episto-  
 la p. 161. Ex literis, ait, quas proxime ex Italia acce-  
 pi, Ferraria crudeliter in Christianos animadverti, intel-  
 lexi, nec sanis, nec insanis parcere, alios vinciri, alios  
 pelli, alios fuga sibi consulere. Confer de eodem Fa-  
 ni

præcepta bene vivendi, & virtutum incitamenta  
 profluxerant; sicut etiam aculeos ad pietatem dede-

O O 3

,rant,

mino p. 102. & 121. ubi idem confirmatur; ubi ta-  
 men ejus nomen Phannius scribitur, tum in Edit.  
 1562. tum in reliquis duabus de A. 1570, & 1580.  
 In verbis a. supra adductis, in Edit. 1562. Fani-  
 num legitur, Fannium in Edit. 1570 & 1580. Jam  
 judica, Heumanne optime, annon Flaminius  
 Manlio memoratus, ille ipse Faninus vel Fannius  
 sit, & num non rumor Fanini nomen in Flaminiâ  
 commutarit? neque obstat, quod Manlius addide-  
 rit, quid de versione metrica Psalmorum, cujus in-  
 tegrum locum juvat adscribere, p. m. 116. *Papa*  
*inquit, jam in Italia comburit, quicquid potest requirere*  
*librorum, non tantum theologorum, sed etiam philo-*  
*sophicorum. Inprimis autem omnes Erasmi libros curat*  
*inquiri. Flaminium illum bonum virum, effodit mor-*  
*tuum, & combussit cadaver, qui Psalmos reddidit*  
*versibus: vult aboleri omnia scripta, præter libros*  
*unius Thomæ Aquinatis, omnium insulsißimi scriptorum.*  
 Hæc Manlius. Melanchthon quia ex falso rumore,  
 de Flaminio, forte in prælectionibus suis, auditori-  
 bus ista retulit, data fortassis opera, ut scirent, quis  
 nam Flaminus esset, ejus psalmorum paraphraseos  
 poëticæ, mentionem fecit. Imo crediderim Me-  
 lanchthonem, aut alium forte Manlii Præceptorum,  
 (quia hæc collectanea etiam ex aliorum doctorum vi-  
 rorum relationibus; teste titulo, congestit) Fanini  
 nomen recte pronuntiasse, Manlium vero illud non  
 satis auditu percepisse, & Flaminium scripsisse, adje-  
 ctis deinde ex proprio ingenio illis verbis, in qui-  
 bus de Psalmis agitur. Sane passim animadverto,  
 illum Philippi verbis nonnunquam aliqua de suo ad-  
 didisse, id quod tibi, sedulo istorum collectaneo-  
 rum, lectu utique dignorum, lectori, quod ex do-  
 ctissimis Scriptis tuis patet, non potest esse obscu-  
 rum. Ex. gr. in adjecto Calendario, ad d. XXIV.  
 April.

erant perquam multa illius Carmina sacra, inter que  
 præcipuum locum obtinet docta paraphrasis La-

April. p. m. 655. agit de morte Bonifacii Amerbachii, quem 1562. d. 24. April. obiisse scribit, quo tempore Philippus dudum in vivis esse desierat. Ipse Manlius dedicationem suam scripsit in Festo Michaelis Archangeli, A. 1562. quo anno prima prodit editio illius collectaneorum, quam, uti & alteram de A. 1573. possideo. Rarior est hic ipse liber utilissimus, forte & dignus, qui recuderetur, eique adjicerentur illa Collectanea, quæ in laudato Cel. D. Cypriani Catal. MSS. Codd. Bibl. Goth. n. XXI. p. 113. sub hoc titulo producuntur: *Collectanea cujusdam Melanchthonis discipuli, quibus hunc titulum fecit: Varia lectuque dignissima, nec non utilissima quaque, ex publicis Præceptorum meorum lectionibus fideliter annotata.* Optandum esset, ut quis ex instituto de MANLIO vita commentaretur, quem in obscuro latere, historiæ literariæ & doctorum virorum notitiæ curiosi, non amplius pati deberent. Forte ipse aliquando, quæ mihi innotuere de illo perpauca, si occasio offeretur, in lucem proferam, sed nihil dum certi habeo de natali & fatali ejus die. Ceterum cum de Moratæ Epistolis supra nonnulla dixerim, videor mihi gratum Tibi facturum, si breviter ea, quæ subdubitanus T. II. p. 857. 872. sqq. Act. Philos. scripseras, illustrem. Scias itaque, omnino Moratam in Ciceronis paradoxa prælectiones instituisse, auspicio Principis Annæ, quæ ipsa illam explicantem, (petit enim ab illa, & Humanitatis Professoribus dicendi veniam) audivit. Quamlibet prælectionem proæmio quodam auspicata est, Oratorii quippiam sapiente, quorum proæmiorum nonnulla Epistolis Moratæ præfixa sunt. Primum his verbis finit: *Sed jam quid ipse Tullius dicat, videamus in hac nova Philosophia, non multum quidem meo iudicio a Christiana abhorrenti.* Si dicere debeam, quod  
 sea-

53 *lina Canticorum Biblii, aliique versis, quibus  
impietatem prostermit, & Atheismum jugulat.* "

Oo 4

Ex

sentio, videtur mihi Olympia in istis Scholis suis in Paradoxa, primo de textus sensu & orationis structura sollicita fuisse, eatenus lectiones habuit philologicas; tum & præcepta bene vivendi inde eruiffe, atque ita Philosophum egisse. Ejus operum tres possideo editiones, magna diligentia a me conquistis, nec ubivis hodie obvias, quarum subinde alia alia auctior est. Prima prodiit Basileæ 1562. 8. hoc tit. *Olympia Fulvia Morata, fœmina doctissima, ac plane divina, Orationes, Dialogi, Epistola, Carmina tam latina, quam græca, cum eruditorum de ea testimoniis & laudibus.* Cœlius Secundus Curio præfationem ad Elisabetham Angliæ Reginam, præmisit. Atque hæc editio est ceteris rarior, & multo elegantiore typo expressa, a videtur excepta, ut intra 18. annos duæ aliæ editiones fuerint adornandæ. Huic nihil alieni adjectum est, præter elegantem elegiam *Hippolyta Taurella*, (*At vero hæc non est Taurellæ, sed Castilionis ad Taurellam elegia, quamquam passim ita adducatur, ita ut Colomesius in κειμηνίαις literariis editionis Hamburgensis p. 308. integrum illa caput 36. constituerit. Patet illud ex ejus editione, quæ prodiit Venetiis 1534. in 8. ubi vocatur, Balthasaris Castilionis elegia, qua fingit Hyppolyten suam ad se ipsum scribentem. Vide Menagianorum T. IV. p. 322. T. d. H.) Mantuanæ, ad maritum suum Balthas. Castilionem apud Leonem X. Pont. Rom. oratorem, quæ & in reliquis binis editionibus compareret. Altera editio in apertum prolata est, Basileæ 1570. 8. quæ titulum gerit, *Operum Morata*, quæ hætenus inveniri potuerunt, quibus Cœlii S. C. selectæ Epistolæ ac orationes accesserunt. Epistolæ Moratæ hic auctiores nonnihil exhibentur. Tertia vice edita sunt illa Opera Basileæ 1580. 8. qui-*

Ex recensione operum Sammarthianorum  
porro intelligo, vitam Scævolaë gallico sermo.

quibus præter Cœlii S. C. epistolas selectas & orationes, nunc demum accesserunt *M. Ant. Paganutii fabula ex Æsopo Latine facta*, & *Jo. Boccatii quadam ex Italico*. Præter has editiones nulla mihi adhuc innotuit. De Cœlio S. C. singularia quædam exhibet Cel. Struvius in Collectaneis MSSorum. Fasc. V. p. 75. sqq. ubi quæ p. 77. de Horatii filii obitu dicuntur, illustrari possunt ex præfat. Cœlii S. C. operibus Olympiæ præfixa. Quod in iisdem Collect. Struvianis, Fasc. IV. p. 44. memoratur, locupletari posse ex oratione funebri *M. Heldelini* in obitum *Flacii*, hujus ipsius *Flacii* vitam, ab *Adr. Beiero*, & *Melch. Adami* descriptam, id jure applicari potest ad vitam Olympiæ p. 75. sqq. edit. Francof. in fol. ab *Adamo* vitis *Philos.* insertam, alias non indiligenter consignatam. Multa quoque præclara, ad historiam exortæ in Italia veritatis Evangel. pertinentia, ex operibus *Morataë* hauriuntur, quod & supra allatis verbis de sævitie Pontificis probatur. Ad extremum liceat hic aliquid monere, quod num ab aliis jam observatum sit, ignoro. Inter Epistolas scilicet *Morataë* p. 167. sq. Edit. primæ, extat una à *Wolffgango Ruperto*, olim *Marchione*, nunc pastore Ecclesiæ *DEI* collectæ in *Ehrnfridersdorff*, ad Olympiam scripta, ex ædibus ejus *Ehrnfridersdorffii* d. 25. Jun. 1555. Ejus initium sic habet: *Ideo DEVS humano generi soporas indidit &c. Quare non dubito, te amisso affini tuo Magistro Crenero, tali præsertim viro, in quo non jam pietas laudabatur, & reliqua.* Legi hanc epistolam aliquoties, recordatus, me eam in alio Epistolographo jam legisse. Tandem videbar mihi, Philippi scribendi genus in ea deprehendere, & auspicato incidebam in *Tom. I. Melanchth. Epp. p. 308. sq. ubi ep. 75. iisdem verbis*

mone diligenter pariter ac luculenter (quod  
Tuum est iudicium) descriptam a Gabriele

Oo 5

Mi-

bis inchoatur. Collatione instituta animadverto, totam Ruperti epistolam, paucis exceptis, aut immutatis, ex illa Melanchthoniana desumptam & fere eandem esse, nisi quod Philippi epistola aliquantum longior est. Scripserat eam Melanchth. ad D. Jo. Pffessingerum (cujus vitam vid. p. 221. vit. Theol. Adami) quem de morte filii consolatur. Annus non adjectus est. Crediderim, Pffessingerum pro more illius temporis (quo literas a viris doctis acceptas, subinde aliis legendas transmittabant, ut una sæpe epistola in tertiam quartamve & plures manus inciderit, teste Philippo Mel. ipso, qui T. I. p. 319. ad Andr. Osiandrum scribit, Sadoleti Epistolam ad me scriptam, te vidisse arbitror; nisi enim Vito exemplum) crediderim, inquam, Pffessingerum illam Philippi Epistolam cum Ruperto communicasse, huncque illam descriptam, alio tempore, in simili occasione, ad Moratam, paucis immutatis, misisse, negotiorum forte cumulo ita obrutum, ut cito novas literas vix ipsi scribere liceret. Ceterum ipse Melanchthon de *σπυαυς* iisdem fere verbis usus est tum p. 318. T. I. Epp. tum in exordio præfationis, quam Matthæi *Dei libro de arte jocandi*, præmisit. Alias Cel. Fabricius Olympiæ Moratæ metaphrasin græcam & latinam Psalmi CLI. inseruit Cod. Pseud. V. T. p. 908. ibique de ea consuli iussit Colomes. observ. sacr. pag. 625. Edit. Hamb. 1709. cui adde ejusd. Bibl. Chois. & opuscul. p. 415. aliosque autores de ea agentes, in diff. M. Jœcheri de *Philosophorum potissimum veterum peculiaribus studendi modis*, pag. 33. S. VIII. citatos.

(i) Quæ hic de *Palingenio* scribit Bellaquæus, conveniunt prorsus cum verbis Scalig. in supra adductis, qui aiebat, *se elogia Scavola legisse cum infini-*

Michaële, Advocato Parlamenti, iisdem esse insertam. Hic optarem, ut in nota ali-

qua  
 ta quadam voluptate, quod illustres illos vivos bis vi-  
 vere videret, quidem suis ipsorum, & rur-  
 sus Scævola scriptis. Vide quoque, VIR Amplif-  
 sine, quam scite illustrentur, etsi in argumento  
 diverso, illæ, quæst. 263. Poeciles de Renatæ &  
 Palingenii nominibus, ingeniosæ meditationes. Un-  
 de non possum, quod ad Renatam attinet, TE  
 abligere ad Mainib. Hist. Calvinismi, Lib. I. pag. 61.  
 sqq. & huic oppositum alium librum, supra jam ci-  
 tatum, Amstel. 1683. 12. editum, Lib. III. p. 106.  
 sqq. ubi & de Calvini in ejus aulam secessu, plu-  
 ra leguntur. Ceterum vellem ad manus mihi es-  
 sent M. Ant. Flamini epistole aliquot de veritate do-  
 ctine erudite & sanctitate religionis, Noriberge  
 1571. in 8vo editæ, teste Catal. Bib. Jacob. P. I.  
 p. 364. & Draudii Bibl. Class. p. m. 984. sub titulo.  
 Epistole, ubi a Joach. Camerario publicatas eas  
 esse, reperio, Catalogo Cel. Fabricii Bibl. Græc., l.  
 VII. p. 97. sqq. inferendas. Obiter adhuc anno  
 to, in modo memorato Catalogo Bibl. Jacob. P. II.  
 p. 221. me hunc librum observasse: *Marcelli Palin-  
 genii Zodiacus vite in Rhythmos Germ. translatus a  
 Job. SRENG. Laving. 1599. 8. id quod ob gallicam  
 Sammarthani versionem, paullo ante adductam. mo-  
 nere visum est. De modo autem memoratis Epi-  
 stolis Flamini, adi quoque Clarandum in vita  
 Joach. Camerarii, P. VI. p. 49. qui tamen, cum Gal-  
 lum fuisse, & 1555. Romæ mortuum esse scribit, cen-  
 suram meretur. Bucholzerus in indice Chronol. p.  
 Flaminium 1551. Bononiæ è vita excessisse, testatur:  
 „(Hunc autem errorem hinc puto ortum esse, quod  
 „Patrem cum Filio, sive M. Antonium Flaminium  
 „cum Jo. Ant. Flaminio confundit; Hic enim Bo-  
 „noniæ, ubi diu ludum habuerat, a. 1536. mortuus,  
 „sepultusque est teste Leandro Alberto in descr.  
 Ita-*

qua subjecta indicasses, hanc ipsam vitam latine redditam per Joannem Vigilium *Magirum*, in *Batesiana* collectione reperiri a pag. 379. usque ad p. 403. Editionis 1681. Londini; id quod vel ex Cl. Struvii introd. in R. L. Cap. VII. §. 7. patet. Inscriptis illam ipsi Guil. Batesio prid. Cal. Maji, MDCLVIII. ex qua dedicatione hæc disco; tralatitium hoc opus Batesii jussu esse confectum, cui concionandi labor obstitit, quo minus omnes illustrium virorum vitas, hoc volumine exhibitas, calamo suo conscriberet. Ex illa subscriptione colligi potest, præter Londinensem 1681. & Oxoniensem 1704. emissam Batesianam vitarum collectionem, aliam antiquiorem extare, forte 1658. publicatam, deinceps auctam, nisi in illa Magiri subscriptione vitium typographicum lateat, id quod facile ex computatione annorum vitæ ipsius Batesii liceret indagare. Ceterum num accurata sit isthæc translatio, definire non ausim, quia Gallicam descriptionem vitæ Scævolaë, non licuit obtinere, ut collationem potuissim instituere. Id tamen deprehendi, Gabrielem Michaëlem in quibusdam locis aliquid humani passum esse, tametsi vitam hanc maxima diligentia esse adornatam, negari non possit. Ex ea, uti & ex elogiis Sammarthano, ipso consecratis, quæ exhibes,

in

Italix pag. 493. Quamquam & hic latere errorem oportet. Quomodo enim a. 1536. mori sepeliri, que potuit Jo. Ant. Flaminius, cujus epistola ipsi illi Alberti libro præfixa data Kal. Maji a. 1537. in limine operis legitur. T. d. H.

in Editione tua liquet, Scævola A. 1623. d. 29. Mart. ætatis anno 87. vitam cum morte commutasse, & sic emendandum esse numerum 78. (forte transpositum) tum in *Atrii Bibliographici* Lipsi. T. II. p. 836. tum in *Lexico Biographico*, itidem Lipsiæ evulgato, quod, uti conjicere licet, quæ de Sammarthano tradit, ex laudato *Atrio* magna ex parte hausit; perperam quoque *Wittenius* in *Diario Biogr. Galliam Christianam & Historiam Genealogicam Domus Franciæ*, nostro Sammarthano tribuit, quæ filiis ejus debentur, id quod mihi tamen minime mirum videtur, cum a doctissimis Viris in Genealogia Sammarthanorum, erratum esse, sæpius observarim. Hinc quam maxime optandum esset, ut eleganti huic Elogiorum editioni, præmisisses vitam hanc, latine conversam, Sammarthani tui, ex qua non tantum de familia Sammarthana literata, lucem fœnerari, sed & plurima ad illustranda Elogia Scævolæ omnino facientia, cognoscere liceret; neque id alienum ab instituto tuo, adde & a tempore, fuisset, ejus memoriam ita (renovari, quem ante hos ipsos centum annos 1623.) honore & gloria mactum, rebus humanis, non ignoras, exemptam esse. Interim vale, HEUMANNE, & reliqua suo tempore benevole expecta. d. 27. Jul. A. 1723.

QVAESTIO.

Verba Jobi XLI: 6. כִּי סֹבֵר חֹתֶם צֵר. & vertunt συνδεσμι & δε αὐτῶ ὡς περ σμυρτῆς vel (ut alii habent) σμυρτῆ & λιθῶ. Quæritur, quis ille sit lapis? & quomodo illa Ebraice ita poterunt verti?